pellatio,licet a nimia cōdēnatione poſſet ap-
pellare,non autē a ſententia,vt ibi p eū. Quod
intelligas de notorio facti, ſiue p euidentiā, vt
in.d.c.ex literis. Siue ꝙ delictū fuerit notum to
ti populo,& commiſſum in conſpectu populi
etiam per vehemens indicium, vt per Bald.in
d.l.additos.C.de epiſ.audi.poſt Inn.in.c.ſtatui-
mus de offi.deleg.& in.l.fin.C.ſi non cōpeten-
te,iudi.non aūt in notorio per famam publicā
nam tunc admittitur appella. vt in.d.c.cum ſit
romana in fi.nec in notorio iuris tantum quan
do reſultat per confeſsionem. vt per Specula.
in dicto.§.in quibus.x.caſu. Item intelligas in
vero notorio,de quo per Gandi.in opere ma-
le.in rubri.quomodo,proced. quando deli.eſt
noto.Boni.in tracta.male.in rub.de noto.cri.
Anto.de bu.in tract.de noto. crim. vt puta qa

tale ſit quod nulla tergiuerſatione poſsit celari vt per Bal.in.d.l.additos.C.de appe. vel cõmiſſum in preſentia iudicis ſedentis pro tribunali, vt p Spe.in tit.de noto.crim.& Par.in.d. ver.notoriũ vel notorio.de quo per doc.in.c. veſtra.de coha.cle.ꝛ mul.& in.l.ea quidẽ.C.de accu.& p Mat.in.d.conſti.humanitatẽ.ix.no. in conſti.iuſtificarii non per calendas.Secus tñ ſi fuiſſet delictum manifeſtum,nã tunc appellatio admittitur vt per glo.& Fran.in.d.c.cũ ſit romana.in.d.§.preterea.& glo.in.l.ciues.C.de appel.tex.& glo.in.c. quia ſuſpecti.iii.q.v.intellige vt per Bal.hic,niſi manifeſtum tale ſit, quod tranſeat in notorium.nã multa dñr notoria, quę non ſunt,licet ſint manifeſta.c.conſuluit,de appella.in quibus manifeſtis admittitur appellatio,& licet Bal.in.d.l.additos.C.de appel.dicat ꝙ ſi ẽ manifeſtũ,nõ admittitur appellatio. Tñ intelligitur vt ſupra, qñ fuerit taliter manifeſtum,quod ſit notoriũ,vt in nullo differat,tunc notorium & manifeſtũ,alias lõga eſſet differentia,cũ in quibus ſe habeat notorium ꝙ manifeſtum vt proſequitur Lucas de pen.in c.reg.nuper apud tranum. vbi dixit notorium proditorẽ ſtatim dãnari poſſe, ꝛ bonis priuari eo non audito in ſuis defenſiõibus. Secus in manifeſto & traditur de manifeſto & notorio & eoꝝ differentia in.d.c.conſuluit per Gandi. vbi ſupra & Pan.in.c.cũ in dioceſi de vſur. Et ideo dat cautelam Card. Alex.in.d.c.cũ ſit romana colum.iii. Quod qñ intenditur procedi contra aliquẽ tanquã notorie crimino ſum,quod opponatur & prius diſcutiatur de notorietate criminis,an ſit notoriũ vel ne,cum multa dicãtur notoria quæ non ſunt.d.c.conſuluit.Idẽ dicas ſi infraganti inuentos ſit,nam condemnatus non appellat,ſicut nec notorius, ſentit Bald.in.l.i. ver.modo quęro.C.ne de ſta.defun. Alex.poſt Bar.in.d.l.cõſtitutiones.ff de app.& per Mar. ĩ.d.l.i.vii.car.C de rap.virg & ibi dixit,appellare non poſſe,ſed incipi põt ab executione, ꝛ puniri abſq; alio proceſſu, Matt.in.d.conſti.humanitatem.vi.no.dicit captum infraganti appellare poſſe,ſi non eſt confeſſus, cum non ſit conuictus & confeſſus.. Sed in ſecunda gl.dicit ſimpliciter appellare non poſſe, ſed intellige dictum Bal. vt ſupra,qñ taliter captus eſt infragrãti,ꝙ delictum fuerit effectum notorium,nã And.ibi in.d.conſti.humanitatem.circa proceſſum fiendum,contra captum fragranti indifferenter loquitur de capto in fragranti & notorio delinquente,tradens qualiter contra eos ꝓcedatur,vt ſi captus in frangrãti taliter cõuincatur vt delictum fuerit notorium effectum nõ appellet,vt quia delictum factum fuerit corã populo, & in dicto delicto ab officiali capiatur. Si inautem fuerit captus in fragranti,non tamẽ delictum erat notorium,quia cõmiſſum coram paucis teſtibus,tunc poterit appellare,licet captus fuerit infraganti, ex quo non conuictus, nec confeſſus, nec notorius, & ita loquatur Math. vbi ſupra in.d.conſti. humanitatem,& ibi per eum in.vi.no.vide qualiter formãdus ſit proceſſus contra captum in fragranti. Vbi ꝙ proceditur non datis defenſionibus, nec copia repertorũ & idicioꝝ ad torturã. Sed ſi negat interrogatus,tũc examinãtur teſtes in ſui pñria,ꝛ facta cõfrontatiõe ſi pſiſtit in negatiõe torquet. Deinde ſiue confitet ſiue nõ datur breuis terminus ad ſe defendendum, & ſi nihil probet taliter ꝙ infringatur probatio reperta contra eum,procedituꝛ ad condemnationem, non obſtante negatione in tortura, vt ibi p eũ. Que autem delicta dicantur manifeſta ſeu fragrantia,dic vt per Mat.in.d.conſti. humanitatem. vi.no.poſt And.& in conſti. rapinas. viii. no.poſt And.& in conſti.iuſticiarii nõ p calendas poſt And.vbi ẽt in.vii.no.vbi ẽt p Iſer.quis dicatur conuictus,quę dicantur publica, & manifeſta,& in his p eos,qualiter contra tales delinquentes procedatur & p par.in.d. tra.ſin.in verbo latro.vbi dixit,ſi officialis iurauit ſeruare ſtatuta & ordinem,tamen in notoriis poteſt procedere eo non ſeruato.

45 ¶ † Quotuplex autem ſit ſpecies notorii, dic plene, vt per Speculatorem Gandinum ꝛ Bon. vbi ſupra & Antonium.in dicto tracta.& per Bal.& Saly.in.d.l.ea quidem.C.de accu.& ibi de manifeſto & euidenti,vbi ponit nonnullas regulas.& ibi per eos,qualiter procedatur contra notorie delinquentes,& per Marſil.in rubri.C.de probationibus & in pra.in.§.ſecunda q.& in.§.aggredior.& per Mat.in.d. conſtitu. humanitatem.vii.&.viii.no.& plene proſequitur Pari.in.d.tractatu.in verbo notorium. Vbi etiam plene de delinquente coram iudice ſedẽte pro tribunali,cum tunc procedatur iuris ordine non ſeruato, abſque libello litis conteſtatione,& teſtibus examinatis, ſed ſtatim poteſt ipſum punire,& per Gan.vbi ſupra in notorio facti permanentis.& And.in.d.conſti. humanitatem. vbi dicit, perinde haberi, ac ſi per teſtes fuerit probatum delictum, nec dari debet terminus ad faciendum ſuas defenſiones, vt ibi per eum, & in dicta conſtitutione iuſticiarii non per calendas. vbi etiam Mattheus

theus.iiii.no.& in.d.cõſtitutione humanitatem. xiiii.nor. & in conſtitutione cum noua.iii. not. & in conſtitutione eos tantum.vbi,an tũc teſtes debeant examinare ꝙ cautius ſit examinare, ⁊ per Andream in conſtitutione poſt mundi. in fi. Sed qualiter quomodo & quando dicatur ſedere pro tribunali & an requiratur ꝙ ſedeat pro tribunali in loco ſolito? Dic ꝙ non, ſed ſufficit ius partibus reddere, licet non ſedeat in loco ſolito, nam tunc ius partibus reddendo, & iuſtitiam partibus miniſtrando, dicitur pro tribunali ſedere. ita in ſpecie dixit Par. vbi ſupra. in uerbo notorium in fine. Vbi dat exemplum in quodã iudice, qui aptabat ignem cum quodam inſtrumento, & dum vtraq; pars coram eo altercaretur, vna dedit alteri alapam, dixit delinquentem puniri tanquam notorie delinquentem cũm iudex partibus ius reddendo dicatur ſedere pro tribunali. Quod intellige, ſi aduerſarius delinquens fuerit pręſens: Nam ſi poſt delictum ſe abſentauerit a præſentia iudicis debet ipſum citare maxime ad ſententiam audiendam, non tamen ordinarie procedi debet cum delictum fuerit notorium, ſed iudex teſtes examinet ſuper notorio, inde citet ad ſententiam, & condemnet vt per Par. in.d. verbo notorium & Gandinum vbi ſupra. Sed quid ſi iudex coram multis hominibus videt delictum & homicidium committi, an ſtatim poteſt ipſum condemnare abſq; alia probatione? dic vt per Alexandrum in.l.1.§.ſi. in fine.ff. de feriis poſt Ant. in.c. veſtra de coha. cleri ⁊ mul. vltima car. Sed an in notorio requiratur ſententia. dic vt per Andream in.d. conſtitutione pœnam eorum. vbi in teſte vacillante coram iudice, & falſum deponente coram eo, & præſentante ſcripturam falſam, aut confitentem ex quo per talia acta efficitur notorium, nõ requiritur ſententia, ſed ſtatim fit executio, & poteſt manus mutilari, & puniri abſq; ſententia. Quod tamen uidetur mirabile, ut ab executione incipiat. de quo cogita quia durum eſt obſeruare. de quo dicto vide per Par. in.d. ver. notoriũ iudicii vbi refert hoc dictum Andreæ & per Matheum in conſtitutione humanitatem. & vide per Cap. in deciſione ſacri conſilii.cxxi.ante penul.colum.verſi. & licet in notoriis. & vide Bal. in auct. presbiteri. C. de epiſc. & cleri. & vide de hoc notorio multa per Parid. vbi ſupra; vbi de commiſſis coram iudice ſedente pro tribunali. An & qualiter puniatur, & ſi offenſa fuerit facta familiæ iudicis, aut ipſi iudici, an ipſe poſſit cognoſcere & de teſte falſum & varia deponente, vel confitente falſum, qualiter puniatur, & ſi iudex vidit delinquentem dum ſedet pro tribunali, & facit ſcribere in actis qualiter deliquit, & ille negat. an ſtetur dicto iudicis, & an ſi irreuerenter loquitur iudici ſtatim poteſt puniri. de his & aliis notoriis coram iudice, proſequere per Pari. vbi ſupra. Et an & quando in notorio crimine procedatur iuris ordine non ſeruato, vide p Matthe. in dicta conſtitutione humanitatem.viii.& ix.not. Et an in notoriis requiratur partis citatio, tradunt Canoniſtę in.c. cum ſit Romana. in c. peruenit, & in.c. conſuluit. de appellatio. & in c. cum olim. de re iudicata Marſilius in.l. de vno quoq;.tertia col. verſi. & ideo primo amplia. ff. de re iudicata. per Aretinum in conſil. clxv. incip. Ioannes in apocalipſi. plene Socin. inter cõſilia Curtii conſi.xx. Philip. franc. in.d.c. cum ſit Romana. in.§. præterea. & per Bald. hic, & per Marſilium in practica in.§. aggredior. in quibus per omnes fit diſtinctio. Aut certum eſt abſenti non competere defenſionem, vt quia delictum tale fuerit quod nõ poſſit aliqua tergiuerſatione celari vel quia notorie blaſphemauit Deum, nam certum eſt blaſphemanti Deum nullã poſſe competere defenſionem: vt per Fely. in cap. paſtoralis.§. quia vero. circa princip. & per Par. in dicto tractatu in verbo condemnatio. verſic. an poteſtas. circa finem. vbi nec etiam competit repulſa, licet ſit defenſio: vt per Bar. in conſtitu. ad reprimendum. in ver. figura. intellige vt non competat defenſio ad effectum, vt a toto abſoluatur, nam alias poſſet pœna minui ratione iracundiæ, aut conſuetudinis, vt per Mattheum in conſti. blaſphemantibus. & tunc non debet citari nec ordo iuris requiritur. Aut dubium eſt poſſe competere aliquam defenſionem, & tunc citari debet abſens, & de exemplis per Areti. in.d. conſil. clxv. & ita vtraq; ſaluatur opinio altercantium in vtroq; iure: Vt vna procedat nulla competente defenſione, altera vero ſtante dubietate defenſionis. Et de delicto commiſſo in conſpectu iudicis ſedẽtis pro tribunali, ꝙ ſtatim puniri poteſt abſq; alia probatione, per glo. in c. Deus omnipotens.§. quando autem crimen.ii. quęſt.i. Albe. in.l. illicitas.§. veritas.ff. de offic. præſi. Corſe. in ſing. in verbo delictum. Nic. boe. in tracta. de ſeditio. viii. col. vii. præſuppo. Et de differentia manifeſta notorii, per Specula. vbi ſupra in tit. de noto. cri.§. ſequitur. verſi.i. Bart. & Alexã. in.l. ſi vero.§. qui pro rei.ff. qui ſatiſd. cog. & in auct. qui ſemel. C. quo. & quando iud. & in.l. hæredes palam. in prin.ff. de teſtam. Bal. in.l. ſi.xv. oppo. C. de edict. diui Adri. tollen. & in.l. ciues. poſt Petrum de ſumma. C. de appella.

Inno.in.c.tua.& in cap.ſicut.de cohab. cler. &
mul.Saly.in.d.ea quidem.C.de accuſa.Et quali-
ter probari debet notorium, & per quot teſtes,
dic vt per Spec.in.d.titulo de noto. crimi.§.iã.
verſi.& hoc notorium.& ſequen.ii. Bal.ibi ver
ſicu. teſtis.& in.§.primo.&.§.fina.verſic.in no-
torio,& ſequen.Panormi.in capi. tertio loco.
de præſump.Inno.in.c.ſuper.de accuſa.Gandi.
vbi ſupra quomo.proce. quando deli. eſt not.
Ang.in.l.ſi vacantia. ver.item quæro iudex.C.
de bo.vac.lib.x.Bal.& Mar.in.d.rub.C.de pro
ba.& in auct.ꝙ locum.C.de collat.glo. in.c. ad
noſtram.de empti.& vendit. Panor.in.c.conſu
luit.de appel.Bar.in.d.l. ciues. Vbi quid ſi pro-
batum fuerit notorium eſſe, ꝙ Titius occiderit
Sempronium,an ſit probanda occiſio, an autẽ
notorium excuſet ab onere probãdi,dic vt per
glo.in clem.appellanti de appel. Ioan. And. &
alii in.c.ii.vt lit.non conteſt. Card.in clem.i.q.
xxii.in fi.de fo.compet.Bart.in.l.i.ff.de excep.
ꝙ ſic:Non tamen excuſat ab onere proponen-
di & allegandi notorium.nam licet probari nõ
debet,tamen debet proponi,& allegari, ſecun-
dum gloſam in dicta clementina appellanti, &
Angel.in.d.l.i.ff.de exceptio. Alexan.in.l. fina.
in princip.ff.ſi certum peta.& in.l.eum qui ita.
ff.de verb.obliga.Feli.in.c. prudentiam.iii.col.
de offi.delega.Car.in clem.i.ſecunda oppoſ.de
relig.dom.Panor.in cap.ex parte. lo primo de
appella.Mar.in.d.rub.C.de proba.nu.ci. Limi-
ta vt per Inno.Butri.& Imo.c.præterea.de di-
la.Panor.Imo.Fely.Franc.in.c.ex parte. de ap
pella.& vide Fely.in.c.ſi duobus,& in.c. audiẽ
tiam de appella.& per Bal.in.l.i.C.quomo. &
quando iud.& in.l.non dubium.C.de legi. Are-
ti.in.l.neceſſarius.iii.col.ff.de acqui.hęre.& per
Specu.in titu.de iud.deleg.§.vii. ver. item ſi eſt
ſuffraganeus.& in tit.de cita.§.i.ver.ſed quid ſi
citatus.Sed an poſſit allegari poſt concluſionẽ,
dic vt in.c.peruenit. de emptio.& vendit.vbi
traditur.Tandem vide in procedendo ſuper no
torio delicto,vt per Bald.in.l.cum fratrem. ad
ſille.Alexan.in.l.ii.§.ſi publico.ff.de adult.poſt
Bart.& Bal.in margar.in verbo notorium Bar.
in.l.i.§.fin.ff.de vari.cogni.doc.in cap.olim de
re iudi.Franc.in.c.& inſinuatione in fin.de ap-
pella.& not.quod dixit Bald. in.l.milites.C.de
quæſtio.Quod ſi delictum eſt notorium, non
debet deueniri ad torturam,& per Bru.in trac.
indi.car.x.i.[illegible]l.ver.vi.iudex,⁊ aliud dixit Bal.
in.l.fi.C.de male.& ma.Quod notorius delin-
quens,licet per ſententiam occidi poſſit,non ta
men a quocunqꝫ priuato poteſt occidi.No.etiã
in materia notorii tradita per Cap. in deciſio.
cxxiiii. An in notorio delicto, iudex poſſit co-
gnoſcere,ſi ipſi fiat iniuria.Quod ſic in notoriis
vbi plene proſequitur.an & quando pro iniu-
ria ſibi facta poſſit cognoſcere,diſtinguendo an
fiat dignitati,an perſonę,vide vt per eum,⁊ vi-
de per eundem in deciſ.cxxxvii. Intellige tamẽ
& reſtringe hunc caſum,Quod in notoriis ap-
pellatio non admittitur:Et limita qñ nulla cau
ſa rationabilis allegaretur per appellantem,ſed
ſi talem allegaret quæ offuſcaret notoriũ, tunc
admitteretur appellatio,vt no.in.d.c.Romana
§.ſinautem. de appell.in.vi.Panor.& Franc.in
d.c.conſuluit.& in.d.c.cum non ſpeciali.§.por
ro.de appella.& in.d.c.ꝗ perniciosum.⁊ Ro-
ma.in conſi.cccxxiiii.& ſupra dictum fuit.Nã
tunc allegata probabili cauſa,ſiue ſit confeſſus,
ſiue ſit notorius delinquẽs, admittitur ad appel
lationem.Limita ſecundo & intellige,Quando
appellatur a ſententia condemnationis de cri-
mine notorio,nam tunc non admittitur appel-
latio,Secus tamen a ſententia declaratoria cri-
men eſſe notorium,Nam a tali ſententia poteſt
appellari,vt proſequitur Felin.in.c.cum nõ ab
homine in fi.v.col.de iudi.ver.& no. ꝙ licet ꝑ
glo.in.c.cupientes.in.§.quod ſi per.xx.in ver.
priuatos de elect.in.vi. quam glo. ſequitur Pa-
nor.in.c.peruenit lo primo.de appella.⁊ in cõ.
100.& Francus in.d.c.peruenit. Bal.in.l.p̄ma.
vi.col.C.ne ex deli.defunt.& Roma.in conſil.
46 cccccxlii. ℭ †Secundus caſus eſt,in quo nõ ad-
mittitur appellatio in criminalibus, Quando
quis ſponte eſt confeſſus crimen, & in confeſ-
ſione perſeuerat,nec eam reuocat, Nam nõ au-
ditur appellans ipſe,nec amici,& conſanguinei
pro eo appellantes, iuxta.d.l.tantum.ff.de ap-
pella.&no.in.d.l.additos.C.de epiſc.audi.& in
d.l.additos.C.de appel.& per Bald.in.d.c.Ro-
mana.§.ſinautem.de appella. in.vi. ita Angel.
hic & Mar.in.l.i.ix.car.C.de rap.vir.& in ſing.
cci.incip.in confeſſum.& in.l.i.§. diuus Anto-
nius.ff.de quęſtio.& Bal.hic. & in.d.l.additos.
Bar.& Alex.poſt eum in.d.l. non tantum & in
d.l.conſtitutiones.&in.l.creditor.§.iuſſus.ff.de
appella.Fran.in.d.§.porro.Bal.in.l.i.C.de con
feſſ.in.d.l.i.C.ne ex deli.defunt.Sed dic ꝙ tunc
iure Canonico confeſſus tantum non appellat,
niſi allegata rationabili cauſa,per quam confeſ
ſio obfuſcaretur,ſicut in notorio, vt dixit gloſ.
in.d.§.ſinautem.Intelligas etiam ſecundũ Bal.
hic,concurrente diffamatione, vt per Nell. in
tract.banni.in quarta.par.i.temp.i.q.Iure uero
ciuili admittitur appellans, etiam ſi perſeuera-

uerit, vt patet in d.l. non tantū. per quam condēnatus non volebat appellare, ꝛ ſic perſeuerabit in confeſſione, & tñ dicitur ibi amicos poſſe appellare, & ita diſtinguit Bald. hic & plene Frā. in d. §. porro. Et an & quādo tertius ꝛ amicus in criminalibus admittitur ad appellandū, dic plene vt per Felin. in c. vt ſuper. de re iudi. vbi multa in tantum ꝙ interpoſita appellatione non poteſt nec debet iudex exequi, immo non admittendo appellationem teneretur capitaliter, vt dicit Bald. in d. l. additos. & Par. in tract. ſindi. in verſi. tortura. in prin. immo iudici exequenti reſiſti poteſt per conſanguineos ꝛ amicos condemnati. vt plene per Ioan. de arn. in commenta. xxix. & per Guid. pap. in deciſi. cccccclxxix. bene tamen appellatione non interpoſita, nō expectato decennio, poteſt iudex exequi & punire condemnatum. vt per Bal. in d. l. additos. & Bart. in l. qui vltimo. ff. de pen. ꝛ per Alex. poſt eos. & in l. ſi qua pœna. ff. de verbo. ſigni. & in l. creditor. §. iuſſus. ff. de appella. vbi Imol. & Mat. in d. conſtit. humanitatem. in i. glo. Par. in d. trac. in verſi. in ius. car. iii. ꝛ. iiii. col. Panor. in c. ii. de re iudi. Ange. in glo. præſente Gayo & appellante. Interpoſita vero appellatione per ſe aut amicos, nō poteſt exequi. Bal. tamen hic. & in d. l. additos. & Mathe. in d. conſtitu. humanitatem. & glo. dicit. Licet hoc eſſet de iure, tamen conſuetudine contrarium obſeruatur, per officiales, & iudices, ſitientes humanū ſanguinem ambitionis cauſa. Nam ſtatim facta confeſſione perſeuerata & non reuocata exequuntur. Quod & quando reuocare poſſit dic, vt per Felyn. in c. cum dilecti. v. col. de accuſa. & Par. in verſi. tortura. lo. iii. verſi. ſequitur quęſtio. & in verſi. ratificatio. & in verſi. confeſſio. vbi quo verſu ſequitur quæſtio. An pater, amici, & conſanguinei poſſunt eam reuocare ꝛ appellare? item ſi in termino defenſionis aliquid non probatur ad infringendum confeſſionem, exequuntur non admiſſa appellatiōne, nec decēnio expectato, vt per Bald. & Angel. hic. & dictum fuit ſupra. Et maxime obſeruatur vbi extāt ſtatuta auferentia in capitalibus appellationem. vt in regno nrīs, in homicidio. Et extende hanc conſuetudinem & ritum. Nedum quando ſponte confitetur, & perſeuerat, ſed etiā quando per torturam, & eam deinde ratificat, & in ea perſeuerat, nam ſi in termino defenſionis non probat contra confeſſionem fit executio. vt per Bal. in 47 d. l. i. C. ne ex delict. defuncto. & per Mat. in §. quoniam. in pract. & in §. oportune. ¶ † Quod tempera & intellige, Quando fuiſſet tortus legitimis indiciis præcedentibus, Secus ſi abſq; indiciis. Nam tūc etiam ſi fuiſſet ratificata, & etiam iurata, & etiam ſequentibus indiciis, non poteſt ex ea condemnari, nec exequi debet. vt no. glo. in l. pen. ff. de quęſtio. vbi late per Mar. & plene in pract. in d. §. iii. q. vbi etiam millies perſeuerata & iurata & indiciis ſequentibus non nocet. ꝛ in §. diligenter. & Tho. gram. in conſil. xii. & in voto. vi. vbi multa allegat & extendit, ne dum quo ad ſe, ſed quo ad alios, vt non noceat aliis. habetur poſt Bar. in l. penul. & in l. quæſtionis modum. ff. de quęſtion. & Felyn. in c. at ſi clerici. de iudic. Par. in verbo tortura. lo primo. verſ. an ſtetur dicto torti. ibi. an confeſſio. & ibi licet, & in verſi. tortura. lo tertio. verſi. quia ſæpe. circa medium. & in verſi. an ex ſola. & ſuper tortura. lo primo. & in verſi. viſo. per Brun. in tra. indic. ii. Par. in v. col. q. princip. circa fi. Amplia etiam ſtantibus indiciis non tamen legitimis, vt quia ex proceſſu informatiuo. Idem ſi indicia fuiſſent leuia quæ non facerent præſumptionē, nam non noceret confeſſio extorta & per Bal. in l. i. iii. col. C. de confeſſ. & Brun in d. v. quęſt. prin. & p Tho. grā. in cōſi. xl. & cōſi. xlv. qđ limita. vt per Matt. in conſtit. ſi damna clādeſtina. In publicis latronibus, & diſrobatoribus publicis, & diffamatis, ꝛ in aliis delictis, de quibus in cap. reg. in accuſatis. & aliis, vt per Matth. ibi. Limita etiam niſi expreſſe ratificauerit. nam tunc etiam abſq; indiciis nocet confeſſio, vt plene ꝑ ſequitur Tho. gram. in con. xl. vbi de ratificatione confeſſionis, & abſq; indiciis, & per Bald. in l. i. C. de confeſſ. Alex. poſt Bart. in l. quæſtionis modum. ff. de quęſt. Par. in d. trac. d. verſi. tortura. lo. iii. ver. quia ſępe in medio. & ver. viſo de repetitione. & verſi. ſequitur quęſtio. & per eūdem in verbo tortura. lo primo. in finalibus uerbis. Vbi diſtinguit inter veram & tacitam ratificationem, & ꝙ valet ſententia condemnatoria, & per Brun. in d. trac. in ii. par. v. q. princi. circa fin. ver. ſed ponamus. Fallit dictum de ratificatione, niſi denuo tortus abſq; indiciis confeſſus ratificauerit. nam non nocet talis confeſſio in repetita tortura ſecundum Baldum. in di 48 cta. l. prima. C. de confeſſ. ¶ † Limita etiam de perſeueratione confeſſionis in tortura. vt procedat, Quando tortura fuiſſet magna ſecus autem ſi leuis, & tortus fuiſſet robuſtus. nam tunc valebit talis confeſſio abſq; alia perſeuerantia, ex quo cenſetur ſpontanea confeſſio, & non per torturam extorta, vt per Barto. in l. prima. §. diuus. & §. ſi quis vltro. & in l. penulti. ff. de quæſtio. Bal. in d. l. i. C. de confeſſio. Par. vbi ſu

pra in ver. tortura.la prima ver.an ex ſola confeſſione.& in ver.tortura.la.iii.ver. viſo de repetitione Bald. hic Thom. gram.in vo.vi. Limita etiam.Quod non requiritur perſeuerantia quando fuiſſet præcedens confeſſio extra iudicialis, & deinde tortus confitetur non requiritur alia perſeuerantia,ita Imo.in cap.at ſi clerici. de iudi.Fyli.in cap.olim.v.col.de præſcrip. Par. vbi ſupra in ver.tortura la prima, ver.quia communiter,& ver.tortura la.iii. ver. quia ſepe. Iaſ. in l.magiſtratibus.ff.de iuriſ.omn.iudi.Mar.in pra. in.§.quoniam. ver. quæro dixi ſupra & in fin. cccc.incip.ſponſalia de futuro Alex. poſt Bart. in.l.capite quinto.ff.de adulte. Vbi etiam præcedente bina confeſſione extra iudiciali deinde torti non requiritur ratificatio & per Tho. grã. in.d.conſi.xl. & plene per Mar. in.d.§.quoniã. Vbi plene de iſta materia ratificationis, & perſeuerantia in confeſſione, quomodo & quando & qualiter fieri debet,& quando nõ requiritur.
49 ¶ † Immo tunc quando extat præcedens confeſſio extraiudicialis vel alia indicia, & adminicula,confeſſio etiam per torturam extorta non poteſt reuocari, vt per. Bald. in.l.fin.i.col.C.de proba. & in.l.in bonefidei.C. de iureiurã.& per Par.in.d.ver.tortura lo.iii. ver. quia ſæpe circa prin. & in ver. ſequitur quæſtio quotidiana in duplici parte.Quod intellige vt per Bal.hic & in d.l.addiros C.de epiſco. aud. quando ſunt talia quę inducant veritatem & nõ ſint dubia, immo tunc dixit Saly. in.d.l.fi. ꝙ tunc poteſt procedi ad condemnationem, refert & ſequitur Bru. in d.tra.indi.iii.q.prin.i.par.vbi vide de hac limitatione ver.xx.quęro,Limita.prædicta,quando poſt confeſſionem perſeueratam & ratificatã & etiam poſt ſententiam liqueat iudici aliquo modo de innocentia condemnati, nam tunc nõ debet exequi ſententiam.l.i.§.ſi quis vltro.ff.de quęſtio. Thom. gram. in vol. vii.& per Mar.in pra.in.§.opportune, ubi multa de inocẽtia poſt
50 ſententiam.¶ † Limita etiam.Quod licet fuerit confeſſio geminata per ſubſequentem ratificationem & etiam iurata tamen poteſt tanꝗ erronea reuocari,& docto,de errore non poteſt nec debet exequi.vt plene per Thom.gram.in.d.uolum.vii.& in volum.x.Vbi dicit male facere iudices ſi non admittant reuocationẽ & aſſignent terminum allegat And.in conſtitu ſi damna clãdeſtina & per Mar.in.l.i.§. fi.xviii. colum.ff.de quęſtio. & plene Thom.gram. in conſil.lxix.& Mar.in pract.in.§.quoniam Iaſ.in.l.magiſtratibus.ff.de iuriſ om.iud.& in.l.error.C. de iur. & fa.igno.& vide Par.in.d.tract.in ver. confeſſio & in ver.tortura lo.iii.verſicu.ſequitur quæſtio quotidiana,& vide per Thom.gram.in conſilio lx.vbi videtur innuere, ꝙ ſi ratificat & poſtea reuocet non auditur,ſed condemnari debet. Niſi dicatur quando expreſſe ratificaſſet nec allegaſſet cauſam legitimam erroris,ſed animo diſferendi conſtaret feciſſe executionem. Et no.ꝙ conſuetudo prędicta iudicum allegata videtur ſubſtentari per tex.in.l.cum reis.C.de pen.& in
51 l.fi.C.de cuſto.reo.¶ † Quam intelligas quoad executionem perſonalem, non autem quoad bona,nam auditur appellans, vt per Bal. in.d.l. addiros.& in.d.l.prima.C.ne ex deli.de fun Ange.in.d glo.præſente Gayo & appel.& doct.in l.ſi quis.§.hi qui ff.de rup.teſtam.& in.l.Pantonius.§.perduellionis.ff.de acqui.hære. Licet hodie non detur publicatio bonorum, vt in auctẽ. bona damnatorum.C.de bon.damna.& glo.& Mar.in.l.fin.§.fin.ff.de falſ.Fallit in crimine læſæ maieſtatis, nam bona publicantur & ſtatim fit executio, vt in conſtitu. ad reprimendam & in cap.reg.nuper apud Tranum in cap.bona ꝓ
52 ditorum.¶ † Sed an ſtari debeat dicto Bal.atteſtantis de tali cõſuetudine iudicum,& ꝙ ita ſeruatur ? dic plene vt per Iaſ. in.l.de quibus.ff.de legi.et per Roch.de cur.in tract.de conſuetudine ſuper cap.fin.de conſuetud.& per Marſil. in pract.§.conſtante.iiii.col.et in.l.repeti.in fin.ff. de quęſtio.et per Capi.in deciſi.ſa.conſi.clxxvi.
53 Thom.gram.in volum.xiii.¶ † Et de hac materia,an quilibet pro condemnato poſſit appellare,et an clericus et proſequi poſſit, et in quibus caſibus non appellatur, et an appellatione interpoſita ſuperſederi debet in executione, et an iudex exequendo puniatur,et qualiter ; et an ei reſiſti poſſit,et quid ſi iudex ad quem non detulerit appellationi an iudex a quo exequatur, an vero reſcribat ad ſuperiorẽ, proſequere vt per doct.in.l.ſi quis filio.§.hi qui.ff.de iniu. rup. teſta.et per Guido Pape infra.de appella.q.cxx.
54 ¶ † Quartus caſus eſt in quo non admittitur appellatio in criminalibus. Sed ſtatim fit executio quando quis eſſet condemnatus ex pręſumptione iuris et de iure,vt per Bald.in.l.ſiqui adulteri. C.de adult et per Bru. in tract. de indi.ii.tor.vi. cart.et per Marſil. in rub.C.de ꝓbatio.car.xiiii.
55 iiii.col.verſi.teneas menti.¶ † Ex quo talis pręſumptio non recipit probationem in contrariũ, niſi per partis confeſſionem veram vel fictam, vt per Bart.in conſi.c.incip.a domino Cy.no. & per glo.in auctẽh.de æquali doct.§.aliud. Azo. in ſumma.C.de dona.antenup.Cy.Bart. & Bal d. in aucten.ſed iam neceſſe.C.eo. Ange.et Alexã. in.l.

in.l.non eſt veriſimile.ff quod me.ca.& in.l.inter ſtipulantem.§.primo.ff.de verb. oblig. Pau. in conſi.clxvii.cum multis traditis per Filyn.in cap.quanto.de preſump.& Bal. in rub.C.de ꝓbat. vbi Marſil. plene & in.l.ſiue poſſidetis.C. de proba.Marſil. in pract.in.§.ſequitur. Vbi limita parte non opponente.Nam probat cõtrarium extra confeſsionem. Et limita quinq; modis vt per Fely.in.d.c.quanto.vbi inter alias limit.niſi conſtet per notorium.nam tunc admittitur probatio per notorium, & rei euidentiam vt per Roma.in cõſi.ccclx.& per ſpecul. in tit. de preſump.& Gan.in rub.de preſump.i.rub.& Boni.eo.tra.eadẽ rub. Limita etiam vt per Car. Alex.vi.modis vt in.d.c.is qui de ſpõſal.& per Mar.in.l.i.§.ad queſtionem.ff.de queſtio. vbi niſi eſſent teſtes legaliſsimi, vt ibi cum ergo, non admittitur condemnatus ex tali preſumptione ad probandum contrarium nec ad appellãdum ſecundum Bald.hic. & in.d.l.additos & in.d.l. fin.C.de prob.& ꝙ non admittatur ad appellãdum cum habeatur pro conuicto & confeſſo, habetur in.l.ſi q adulteri.C.de adulter. vbi not. Bal.ii.no. Bald etiam in.l.quedam mulier.ff.fami.herci. & Brut. in tract. indi.v.cart.iiii.colũ. & in conſtitu. pœnam eorum, Nam forhudicatus habet pro conuicto & confeſſo,& nõ appellat,& ſic ex præſumptione legis & dicte conſtitu.habetur pro conuicto & confeſſo Mar. in l.i.ix.car.i.colum. verſi.item condemnatus ex præſumptione iuris.C.de rap. virg. & in ſing.

56 cxvi.incipien.præſumptio iuris. ¶ † Et hoc intellige tam in pœnis pecuniariis quam in corporalibus. Nam ex tali præſumptione poteſt condemnari corporaliter, per.l.ſi quis adulteri. & Azo. in ſumma de adulter.§.ſed & preſumptiones.Gand.in.d.opere in titu.de pſump. in dubi. ad conda.ii.colum.in fin.verſic. ſed licet ex ea ſola probatione. Quod tamen ſecus eſt quando quis condemnatur ex aliis præſumptionibus,nã tunc non poteſt corporaliter cõdemnari & puniri ſed pecuniariter,vt tenent cõmuniter doct. vt per Gand.in.d.rubr. vbi plene diſputat & affirit concluſiſſe omnes doct.bo.& Brut.in.d. tract.indi.car.lxiii.xxiiii.colum. & pleniſsime Marſil.in rubr.C.de prob.& in pract. in.§.quoniam & in.§.poſtq; & in.§.diligenter & in.l.i. C.de ſicar.& in.l.i.§.diuus.ff.eo.& in.l.prima. C.de rap.vir.& in.l.repeti.ff.de queſtio.per Cepo.in cõſi.vi. Ange.in glo.fama.pub.& in glo. compar.in qui.& to.neg.Docto.in capi.afferte. & in capit.quia veriſimile de pſumptio.Deci.in conſi.clxxv.Marſil.in conſil.cxxxii. & conſil. vii.& conſil.x.In quibus ex præſumptionibus & indiciis indubitatis non condemnatur corporaliter ſed leuiter, immo dixit Bru.in.d.tra.in loco vbi ſupra ꝙ leuiter debet fuſtigari vel pe-
57 cunia & per Mar.& alios vbi ſupra. ¶ † Quę autem dicatur præſumptio iuris & de iure? dic ꝙ ita fuit a magiſtris appellata & illa eſt quando ius in aliquo facto certũ quid præſumit, & vltra illud pſumere ſtatuit illud teneri, vt in cap. ſi quis de ſponſa. Si vero vltra præſumere non ſtatuit illud teneri nec firmat pedes ſuper ea, dicitur præſumptio iuris.ita Panor.& Filyn.in.d. c.quanto.ii.colum.verſi.ſed quero. & habetur in.l fi.C.de he.inſt.ꝙ illa dicitur præſumptio iuris & de iure,de qua factum eſt ius, & tranſit in ſtatutum legis, & cauſam diffinit, Bald.in.l.ea quidem.ii.colũ.C.de accuſ. vbi diffinit eſſe præſumptionem iuri. & de iure,ſtatutũ a iure promulgatum ex indubia coniectura.l.cum oſten-
58 dimus.§.fin.ff.de fideiu.tut. ¶ † Quintus caſus eſt,in quo non admittitur appellatio,a pœna legis nam ſi lex imponit aliquam pœnam a tali pœna & eius executione nõ appellatur.l.ſi qua pœna.ff.de ver.ſigni.& in cap.quia nos,de appella. ratio eſt ex quo cauſa appellationis eſt grauamen cap.ſubiectũ.de appella. Sed ius neminem grauat,ergo a pœna iuris non appellatur, cum iuris executio non continet iniuriam. l.iniuriarum.ff.de iniur. Quod tamen intellige ab executione legis,& a pœna a lege impoſita. Sed a declaratione aut taxatione pœne a iudice & homine facta appellari poteſt vt no.glo. in cap. cupiẽtes.§.ꝙ ſi per.xx.de electio. in vi. per Roma. in ſingu.ccxiiii.incip.a pœna legis. Mar.in.d.l.i.ix.car.ver.item a pœna. C.de rap. vir.Car. Alex.in cap. conſuluit lo.iii.de appel. vbi etiam Filip.Fran.Pano.in cap.peruenit, de appella. Alex.poſt Bart.in.d.l.ſi qua pœna vlt. addi. vbi licet a pœna iuris & ſententia non appellatur, tamen a declaratione iudicis, quam facit ſuper eo in quo quis incidit in pœnam iuris, appellari poteſt,quia tunc non appellat a pœna legis ſed a iudice declarante,vt per Panor.in cap. ſuper his poſt glo.de accuſa.& in capi reprehẽſibilis,de appella. & per Bar.in.d.l.ſi qua pœna,& Gemin.in.d.cap. cupiẽtes & per Nellum in tracta. banni.in quarta parte.i.tempo.i. queſt.Math.in conſtitu.intentionis, duodecima no.vbi, An ſententia condemnatoria de pœna portationis armorũ poſſit appellari, poſt And. ibi & per Math.in conſtit.pœnam noue vntiarum.v.not. vbi a pœna tertiæ partis bonorum non appellatur. Sed a declaratione appellatur

& ibi. Sic etiam & in cauſa iniuriarum facta ta-
xatione per iudicem a tali taxatione appella-
tur. vt in conſtit. reg. varietates pœnarum. An
autẽ appelletur a pœna ſtatuti ſicut a pœna le-
gis dic vt per Bart. in. l. omnes populi vlti. q. v.
q. princ. ff. de iuſti. & iu. & in. l. ſi. ff. de appella.
Panor. in capi. conſuluit. lo tertio de appella.
vbi fit triplex diſtinctio, quem vide. Iaſ. in. l. i.
ff. de legi. Alexan. in conſi. cxc. ſecundo volum.
Math. in prælud. conſti. iiii. colũ. And. & Math.
in. d. conſtitu. intentionis: vbi an a pœnis conſti
tutionũ reg. poſſit appellari. Et an ſi iudex ha-
buerit arbitrium in pœnis imponendis per ſta-
tutum, ſi pœna fuerit alterata an appelletur dic
vt per Bart. in. d. l. ſi qua pœna & per Ange. in
opere male. in gloſ. pręſente Gayo. vii. colum.
verſi. ſinautem de aliquo delicto & per Alexã.
poſt Barto. in. d. l. ſi qua pœna Par. in. d. tract.
cart. xxiii. verſi. poteſtas & in rub. de offi. ſin.
verſic. an ſi poteſtas condemnatur. Fely. in ca.
exceptionem. ii. colum. de excep. Panor. in ca.
propoſuit: de appella. Idem ſi cauſa committa-
tur vt procedat ſecundum conſcientiam an ap
pellet: vide Panor. in cap. ſuper his, de appella.
ii. in cap. paſtoralis, eo. not. gloſ. in cap. ſtatutũ
§. aſſeſſorem, de reſcrip. in. vi. vbi per Gemi. &
in Clem. i. de iu. patr. vbi per Imo. & Gemi. in
cap. i. de iudic. in. vi. Bald. in. l. prima. C. ſi cert.
peta. & in. l. hac lege. C. de ſent. ex peri. reci.
Barba. in cap. ne innitaris de conſtitut. Eodem
modo non appellatur ab impoſitione mulctæ
futuræ appoſitæ in mandato & pręcepto, ex-
preſſa quantitate, Secus ſi non fuiſſet expreſſa
quantitas, nam a tali impoſitione mulctę non
appellatur: ita Old. in conſil. xv. vbi dicit hac
procedere. Si excedat modũ legitimum, quod
eſt not. pro limitatione. l. eos. C. de mo. multa-
rum, vide Bart. Alex. & Iaſo. in. l. i. ff. ſi quis ius
dicen. non obtem. Marſi. in. d. l. i. ix. car. ver. itẽ
59 ab impoſitione mulctę C. de rap. Virg. ¶ † Sex
tus caſus eſt in vero contumace, nam verus cõ
tumax non appellat vt in. l. i. C. quorum app.
non recip. & in. l. ex conſenſu. §. ſi. vbi Barto.
& Alex. ff. de appella. vbi per Alex. poſt Bart.
Quis dicatur verus contumax & fictus, & ibi-
dem ſunt & concordantiæ vbi etiam traditur
per alios & per Anto. & Imo. in. c. tenor. de re
iudi. per Capi. in deci. ſacri Conſil. cxxxix. Ex-
tendunt, ꝙ verus contumax non appellat, etiã
a ſententiis quæ non tranſeunt in rẽ iudicatam,
de quibus per Mar. in. d. l. i. & in pra. in. §. op-
portune. Limita & reſtringe in vero cõtumace
ſecundũ ius cõe vt per Alex. & alios in. l. pro-
perandum. §. ſinautem. C. de iudi. & in. d. l. ex
cõſenſu. §. ſi. & in locis ibi allegatis, & p Math.
in conſti. ſpeciale: in fin. & in conſt. ſi quis poſt
litẽ. Et intellige in cõtumace lite conteſtata &
ante ſententiã: nam tunc non appellat, vt pa-
tet in. d. §. ſinautẽ, & in auc. de iudi. §. appellan-
dum & in conſti. ſpeciale, & in. d. conſtit. ſi quis
poſt litem. Quæ intelliguntur in vero cõtuma-
ce & non ficto vt ibi per Math. in ſi. & ii. nota.
Vbi etiã traditur qui dicatur verus contumax,
& quis fictus, tã iure cõi ꝗ regni. Nam in regno
dicit verus contumax, etiã ſi non dixerit nolo
venire, dũmodo fuerit citatus ſm formã tradi-
tam in cõſti. citationis litteræ. Et citatus in do-
mo ſi habuerit notitiã citationis, licet perſona-
liter non fuerit citatus nec dixerit nolo veni-
re tamen dicit verus contumax & non appel-
lat, licet non dicatur verus cõtumax, iuxta exẽ
plum glo. & doct. vbi ſupra vt quia dixerit no
lo venire. Et ita loquunt conſti. ſi quis poſt litẽ,
& conſti. ſpeciale. Et ideo per conſti. reg. prædi
ctas iuncta conſti. citationis literę. nõ fit. diſtin-
ctio an perſonaliter fuerit citatus, & dixerit no
lo venire an fuerit domi citatus, vt vtrq; ap-
pellare nõ poſſit quæ iñ loquuntur poſt litem
conteſtatã, & ante ſñiam. Ante vero litem con-
teſtatã ſi fuerit cõtumax bãnitus & annotatus
in bonis, põt appellare ex quo bãnum cũ anno
tatione bonorum eſt interloqnutoria, vt dicit
Math. in cõſt. grandis. ix. no. vbi quod poſſit ap
pellare firmat glo. & Math. in. vii. not. licet ibi
reſtringat ad verum contumacẽ, tamen loquit
ſm ius cõmune, ex quo in regno non fit diſtin-
ctio vt ſupra. ſiue domi ſiue perſonaliter. Niſi
aliter intelligat verus cõtumax & fictus vt per
eum in. d. conſti. ſi quis poſt litẽ, in ſecũdo not.
& licet præfatæ conſti. ſi quis poſt litẽ & cõſti.
ſpeciale: loquãtur in ciuilibus, rñ idem eſt in cri-
minalibus ſiue ante: ſiue poſt efficiat cõtumax
& bannitus. Et non appellat ſi eſt verus contu-
max: vt proſequitur glo. mag. in d. conſti. gran-
dis, quæ loquitur in criminalibus iunctis dictis
per Math. ibi in. vii. not. & in ſi. Et ſic ſiue ante
ſiue poſt, ſi eſt uerus cõtumax non appellat, vt
per eum a banno tamẽ, & annotatione põt ap-
pellare, vt per glo. ſi. & Math. ibi. vii. not. cum
allegatis per cũ, & intellige vt per Math. in. d.
conſt. ſi quis poſt litẽ: ſecũdo not. ſiue perſona-
liter fuerit citatus ſiue domi: etiã ꝙ de citatio-
ne non habuerit notitiam nõ appellat. Verior
tamẽ videtur illa diſtinctio, ꝙ ſi eſt verus cõtu-
max, qa dixit nolo venire in pœnã ſuę cõtuma
ciæ nõ appellat, a bãno nec ab annotatione bo-

bonorum. Si vero nō fuerit in tali vera contumacia etiā ꝙ fuerit citatus perſonaliter tñ taceat, aut domi, ꝙ pōt appellare a bāno, & ab annotatione iuxta glo. & Math. in. d. cōſti. grandis. vii. not. Et hæc videt̃ verior: ex quo non videt̃ tacens aut domi citatus in tanta cōtumacia & dolo: ſicut ille qui dixerit nolo venire. Iſte enim eſt in manifeſto dolo ideo in pœnā non appellat. Nec obſtabit cōſti. citationis litterę: nā ſimpliciter dicit eſſe contumacē taliter citatū perſonaliter vel domi, non autem dr̃ ibi, fore vere cōtumacem, & ideo intellit̃ & declaratur per alias conſti. & leges, vt ſi vere eſt cōtumax nō appellet alias ſi nō verus, ꝙ appellare poſſit: vt per Math. in. d. cōſti. grādis. vii. no. & in fi. ſicut intelligūt eam ſm diſpoſitionē iuris cōis. d. l. i. & aliorū iurium de quibus ſupra ꝗ etiam diſpoſit onē. d. conſti. ſpeciale: & conſtit. ſi quis poſt litem. vt ibi intelligit Math. & glo. quas intelligunt in vero cōtumace. Et vide an & quando contumax, & bānitus poſſit appellare diſtinctionem Nel. de ſancto Gemi. in tract. banni in iiii. q. princip. i. tempo. vbi late diſputat, an & quando contumax: & bannitus appellet, & an admiſſa appellatione ſuſpendatur bannum, & alias quęſtiones vt ibi? Et ex ꝑdictis ergo in hoc caſu diſtingue aut cōtumax eſt ante litem, aut poſt, ſi ante litem, & tunc ſi bannitur & annorātur bona & fit condemnatio ad tertiam partē bonorum mobilium iuxta conſtit. grandis. Tūc aut fuit verus contumax: quia dixit nolo venire, & tunc non appellat, vt dixit Math. in. d. cōſtit. grandis: in fi. & in conſtit. ſpeciale. Aut non dixit nolo venire ſed fuit citatus perſonaliter & tacuit aut domi eo ſciente iuxta. d. conſtitu. citationis literæ & tunc poteſt appellare a banno & annotatione bonorum & condēnatione tertię partis mobilium & ita glo. fi. in. d. conſti. grandis. & ibi per Math. vii. not. ſi poſt litē conteſtatam, & tunc indiſtincte non appellat. d. conſtit. ſpeciale, quæ etiam loquitur in criminalibus & d. conſtitu. ſi quis poſt litem & hoc ex quo contumax poſt litem eſt verus contumax, ſiue perſonaliter citetur, ſiue domi, iuxta. d. conſtitu. citationis literę. & ita præſumit. d. conſtit. ſi quis poſt litem, & ibi not. & l. conſtit. ſpeciale, & ita per Math. in. d. conſtitu. ſi quis poſt litem. ii. not. & ſentit glo. & Bal. in prin. hoc eodem titu. ſupra in fin. Nam dicunt ꝙ maior eſt contumacia eius qui comparuit, & poſtea effectus eſt contumax ante ſententiam, ꝗ illius qui nunquam comparuit, nā qui comparuit, & inde contumax eſt: habetur ſimilis illi qui dixit nolo venire, vt ibi per Bald. Vel dicas ꝙ poſt litem cōteſtatam non appellatur a ſentētia diffinitiua cauſę principalis, & ita loquuntur iura communia & conſti. prędictæ, & quæ ibi habētur per glo. & Math. Ante vero litem conteſtatam nō appellatur a diffinitiua, ſed ab interloquutoria, vt eſt bānum & ānotatio, vt per Bal. in. l. ii. C. de epiſc. aud. iii. q. & ita loquitur gloſ. in. d. conſti. grandis. Sed quia condēnatio ad tertiam partē habet vim diffinitiuę: cū in hoc non expectet aliam poſt ſe: intelligit tamen Mathe. quando compareret iudice ſedente pro tribunali iuxta gloſ. in. l. i. ff. de requi. re. & Bal. in. d. l. i. ſupra eo. tit. noſtro: vel vſq; ad primum ſomnū iuxta ritum magn. cur. Nam ſi non fuiſſet admiſſus poſſet appellare, & ſic intelligit gloſ & ſic ſentit, ꝙ ſi ſequenti die compareret non audiretur nec appellaret ſed dic vt ſupra fuit dictum. Non obſtat ꝙ condemnatio ad tertiā partem mobilium habet vim diffinitiuę nā nō diffinit negociū cauſæ principalis, prout loquunt̃: & iura cōmunia, & conſti. reg. merito nō prohibetur appellatio ante litem cōteſtatam cū ſit iure prohibita in diffinitiua negocii principalis vt iura loquūtur & poſt litē. Vel dic ꝙ aut fuit ſeruata forma in citādo conſti. citationis literę & tūc ſiue perſonaliter, ſiue domi citet̃, ex quo verus cōtumax dicitur cū poterat venire. & nō venit iuxta tradita per Math. in. d. conſti. ſi quis poſt litē. ii. not. & tunc non pōt appellare. Aut forma. d. conſt. non fuit ſeruata, & tunc ex quo non dicitur vere contumax appellare poteſt a banno & annotatione & condēnatione tertiæ partis & ita loquitur glo. fi. in. d. conſti. grādis: nam glo. in. d. cōſti. ſi quis poſt litē & Math. ibi ſentit. Quod citatus ſm formam. d. conſti. citationis literæ, non appellat ergo intelligit̃ quod ſupra dictū eſt qñ non ſeruata forma. d. conſti. nam tūc appellat, vt ſupra & maxime qa Mat. in. d. conſt. citationis. i. not. dicit ꝙ ſi copia citationis: potuit haberi in ciuitate non valuit citatio domi. & ſic non eſt cōtumax, ergo tūc poſ-
60 ſet appellare. ¶ † Amplia hoc ꝙ dictum eſt, ꝙ contumax non appellat, nā nec etiā poteſt ſupplicare ne quid vna via tollatur, alia concedatur, vt per Par. in tra. ſin. in verbo appellatio ver. an ſi ſtatuto in fi. Dic tñ an & quādo ſublato remedio appellationis poſſit ſupplicare, & habere recurſum, vt p Mar. in pra. in. §. oportune. No. vnū in hac materia cōtumacię, ꝙ in cauſa falſi, & qñ teſtis accuſatur de falſo, & ex actis conſtat de falſitate, ꝙ ſi eſt cōtumax habet̃ pro cōfeſſo, & cōdēnatur, & in pra. teſ. ē falſum vt

per Capi.in deciſ. Sa. conſil.lx. Septimus caſus eſt in quo non admittitur appellatio, videlicet quando quis foriudicatur, nam a ſententia foriudicationis non appellatur, nam ſi quis fuit legitime citatus iuxta formam.d.conſtit.citationis litteræ & fuerit effectus contumax & bãnitus inde in circulo anni foriudicatus habeatur pro conuicto & confeſſo & condemnato, ideo non appellat, vt in conſti. pœnam eorum, per quam prohibetur appellare & etiam principi & regi ſupplicare. Et ideo dicit ibi Matth.ix. not. Quod ſi fuiſſet reſcriptum per principẽ facta ſupplicatione in qua volebat docere de impedimento, niſi in eo fuerit dictum non obſtante conſtit.pœnam eorum, nõ valeret, nec prodeſſet foriudicato, ex quo ſupplicare regi pro-
61 hibetur. ¶ † Immo talis foriudicatus habetur pro mortuo quo ad bona, in tantum ꝙ ei ſuccedunt agnati, & fiſcus connumeratur loco vnius filiorum vel agnatorum, vt in conſtit.reg.foriudicatorum bona, vbi per Mat. & in conſtit.pœnam eorum.x.not. & an tunc monachus cõnumeretur inter filios & agnatos dic vt per Io.de arno.in epito.lxvii. Et etiam quo ad perſonam reputatur hoſtis publicus, vt a quocunq; impune occidi poſſit, & occidẽs aut capiens premiũ conſequatur iuxta formam.d.conſtit. pœnam eorum. vbi vide per Mat. q̃ones in materia.xii.
62 & xiii.not. ¶ † Sed an tunc ipſo facto & iure conſequatur pmium, an miniſterio iudicis? dic vt per Ioã.de arno.in ſoliloquio.lxii. vbi ꝙ ipſo facto ꝙ capit. & an ſi ſe defendẽdo occidat conſequatur premium? dic ꝙ non vt per eundem in ſoliloq.lxxxvi. & intellige, vt per eundem in epitom.lxxiii. ꝙ cum effectu capiat & ducat ad iudicem. & vide in epito.lxxvii. & in cõmen.cc. ſi foriudicatus ex pluribus delictis an conſequatur premium omniũ delictorum ꝙ ab vno & non ab omnibus. Et intellige prædicta dum modo rite & recte fuerit foriudicatus concurrentibus quindecim requiſitis, de quibus per Mat.in. d.conſtit. pœnam eorum in.ii. q.iunctis etiã traditis per Mar.in pra.in.§.poſtquã, vbi ponit requiſita ſtatuti dictantis contumacem haberi pro conuicto & confeſſo, & ꝙ poſſit condẽnari iuxta tenorem.d.conſtit.quæ conformitatem habere vr cum predicto ſtatuto, ideo quæ ſcribunt in materia dicti ſtatuti cõferunt in materia.d.conſtit.licet in aliquibus differant, nam conſtit.requirit ſolam contumaciã perſeueratam cum aliquibus indiciis, & etiam abſq; indiciis, vt ibi per Mat.ſtatutum vero requirit claras & plenas probãones ad hoc vt cõdemnari poſſit vt per Mar.in.d.§.poſtq̃, tamen quo appellationẽ non admittendæ ſunt cõfor-
63 mes diſpõnes. ¶ † Io.tñ de arno.in ſoliloq.vii. & ſolilo.ix.diſputat. An valeat.d.conſtit. vt ex ſola contumacia condẽnari poſſit ad mortẽ? & plene in ſolilo.xiiii.alleg.Spec.in ti.de accuſ.§.fi.ix.col. & Mat. in cõſi.xlix. & in.d.ſolilo. Qđ ex ſola contumacia occidi non põt per iudicẽ, niſi plene conſtet de delicto. Et ẽt quo ad appellationẽ dicit non valere.d.conſti.vt tollaſ in totum appellatio, vt per eundẽ Arno.in cõment. cxlv. vbi dicit admitti appellationẽ & in commẽt.cxlviii. vbi dicit per.d.conſti.nõ tolli iuſtã & legitimam appellationẽ ſed friuolã. Sed dic ꝙ male perpendit, nam cõuictus & cõfeſſus nõ appellat vt hic. Et ſupra fuit dictũ, etiã per fictã confeſsionem ex contumacia per ſtatutũ, vt ſi dicat contumacẽ haberi pro conuicto & confeſſo non appellat, licet Fran.in.c.cum non ſpeciali.§.porro, teneat contrarium, ſed foriudicatus habetur pro conuicto & confeſſo & condemnato vt in.d.conſtit. pœnam eorum. Ergo non appellat vt expreſſe ibi traditur & generaliter loquitur & indiſtincte, ꝙ appellare non poſſit nec principi ſupplicare. Nec diſputandũ eſt de factis regũ, cum ſacrilegiũ ſit vt in conſti. diſputare licet. Arno.dicat intelligi conſti.quatenus tollit appellationẽ friuolã, & non legitimã appellationẽ, Tñ indiſtincte ſentit conſti.in odium cõtumacis perſeuerãtis, per tãtũ tempus in contumacia. Differunt etiã in alio.d.conſt. & ſtatutũ nam in ficta confeſsione per ſtatutũ requiritur ſnia vt puniri poſſit vt per Mar. in.§.poſtquam, at in.d.conſt. non requirur alia ſnia quã foriudicationis ſed ſtatim ꝙ capitur mittit ad ſupplicium abſq; alia ſnia, vt per And. & Mar.
64 in.d.conſti.iiii.no. ¶ † Conſtito tñ ꝙ captus ſit ille, qui in bãno & foriudicatione continef per confeſsionem eius, in actis aut per teſtes, qua recognitione facta ſtatim mittitur ad ſuppliciũ, & ita ſe habet cõmunis practica ſm Ang.in.l. inter ſtipulantem.§.i.ff.de verb.oblig. & p Ioã. de arno.in epito.lxxxvii. & in cõmẽt.xlii.poſt Felyn.in.c.ad abolendã,in fi.de here. & ſic apparet plus operari in hoc fictã confeſsionem ꝙ
65 veram. ¶ † Forma aũt procedẽdi ad ſniam foriudicationis eſt, ꝙ ſit accuſatus pro crimine capitali vbi pœna mortis naturalis aut ciuilis, aut mẽbri abſciſione veniret plectẽdus, excepta tñ cauſa periurii. Nã licet periurus veniret plectendus pœna manus, vt in cõſt.eos qui ſciẽter, tñ in regno extat ritus mag.cur. ꝙ in eã periurii non foriudicaſ, vt in ritu magnę curię incip. itẽ ſer-

aut ipſa curia q pro periurio, in aliis autē for-
iudicaƭ iuxta declara. Regis Caroli ſecūdi, vt in
c.reg.incip.ſiue quis ſit forbānitus,& Mat. ī.d.
conſt.pœnā quartodecimo requiſito.&.xii.no.
iii.q. Sed an pro percusſione cū baculo foriudi-
cari posſit? dic ſi attendimus caſus in cōſt. vt di
gnitatū gradus, in quibus pœna manus imponiƭ,
erit locus foriudicationi, vt qn̄ ruſticus vel bur
genſis aut vallectus verberat militē in actu mi-
litiæ exiſtentē,& non aliter, cū non extēdatur,
vt ibi per gl. And.& Mar. aut extra caſus.d.cō-
ſti.& tunc aut cū comitiua armatorū percusſit,
& per inſultum excogitatū cum turba. & tunc
foriudicaƭ, cum pœna legis de vi publica punia
tur,& ſic pœna de portationis aut abſq; comiti
ua,& tunc nō foriudicaƭ, eum pœna pecuniaria
puniaƭ, nec tunc erit locus torturę, ita per Tho.
grā.in vol.xv.poſt Bartho.de cap.Mat.& Cril.
in conſti.ſi quis aliquē. No. quia habui in facto
cōſulere. Et an ſi citatus ad pſtandum fideiusſio-
nem de nō offendendo, ſi eſt cōtumax banniri
posſit & foriudicari? dic vt p Capi.in deciſ.ſac.
cōſil.cxli. vbi q bānitus,& nō foriudicaƭ etiā q
66 ſit perſonaliter citatus vt per eū. ℭ †In quo cri
mine vbi pœna manus imponiƭ inquit And. in
d.cōſt.& Mat.ibi.xiiii.requi. ſi eſt foriudicatus,
& infortuā iudicis peruenit decapitaƭ nō obſtā
te q alia pœna q̄ mortis pro delicto deberet im
poni, vt manus: cū talis pœna non pro crimine
ſed pro cōtumacia imponaƭ, niſi diſponeƭ per
principem vt pœna manus puniaƭ: quod ſatis ē
durum increpat tñ ibi And. quendam iudicem,
qui foriudicatū pro vulnere non occidit & pœ
nam mortis non impoſuit ſed manus, cū nō de-
bebat eſſe clemētior lege, quod no. ne tu quoq;
67 erres. ℭ †Inſtituta autē accuſatione, aut inqui-
ſitione formata accuſatus vel inquiſitus citatur
iuxta tenorē & formā.d.conſt. citationis literę
& iuxta formā prag.reg. Ferd.p.de modo pce-
den.in prin. ex quo alias dicta forma non ſerua
ta eſſet nulla vt diciƭ in.d.prag.& Mat.in.d.cō-
ſti.pœnā,& in cōſt.edict.& tunc in prima curia
ſeu die primo quo curia regi ſolet ne circūduca
tur citatio & edictū, iuxta formā ritus accuſeƭ
ſeu annoteƭ prima contumacia, in ſecūda vero
curia annoteƭ ſeu accuſetur ſecūda cōtumacia,
niſi de conſuetudine curiarū non accuſeƭ, in vl-
timo vero p emptorio triduo gauiſo, iuxta for-
mam ritus accuſaƭ vltima cōtumacia, & in ſcri
ptis redigiƭ. Verum ſi in vltimo peremptorio
in quo accuſari & vocari debebat, eſſet dies fe-
riatus accuſeƭ contumacia & vocetur ſequenti
die, quo curia regitur, & faciat in actis ſcribere
qualiter dies in quo debebat regi curia præce-
dens & vocari debebat, & terminari vltimum
peremptoriū erat feriatus, ideo ſequenti curia
fuit vocatus,& ſic deinceps ſi eaderet dies feria
tus in quo curia regi debebat, iuxta formam ri-
tus incip. Item ſeruat ipſa curia quod ſicut eſt.
68 ℭ †Quo facto accuſata vltima cōtumacia vo-
cetur per ſeruientē aut tubitam curiæ qui ſi nō
comparuerit, nec aliquis pro eo ad eū excuſan-
dum & allegandum cauſas abſentiæ iuxta tra-
dita per Mat.in.d.conſti.edictorum, vel allega-
ta abſentia, tamen die præcedenti vel eodē die
quo delictum eſt perpetratū accuſatus fuerit vi
ſus in ciuitate & loco delicti, ex quo tunc præ-
ſumitur pręſens fuiſſe & mandatum ſeu citatio
appręhēdidiſſe ipſum,& allegatam abſentiam
calumnioſam eſſe iuxta.c.reg. incip. poſt com-
miſſum,& eo non cōparente vel alio legitimo
excuſatore, nam ſi compareret excuſator affi-
nis aut conſanguineus & amicus delato ſibi iu-
ramento abſq; metu periurii, in caſu contrarii
datur dilatio ad denunciandum & cōparendū,
iuxta locorum diſtāntiam vt per Mat.in.d.cō-
ſtit.edictorū,& per Ioā.de arno. in caute.xlix.
69 ℭ †Dicto legitimo excuſatore non comparē-
te, nec ipſo citato reputatur contumax citatus
per curiam,& bannitur & cōdemnatur ad ter-
tiam partem bonorū mobilium, & cætera bo-
na annotantur iuxta.d.conſtitu.grandis,& hoc
per interloquutoriam iudicis declarantis citatū
vocatum & non comparentē eſſe legitime con
tumacem,& bona eius eſſe annotāda. & ipſum
citatum ponendum eſſe in banno, & publican-
dum. Inde bānum illud publicetur per loca ſo-
lita voce pręconia, per quod bannum bannitur
contumax publice, vt omnibus innoteſcat, nec
tunc ſufficeret eſſe publicatum in curia per Tu-
bittam, maxime per iuſticiarium regionis & iu
dices inferiores habentes merum & mixtū im-
perium. Sed in magna curia ſufficit eſſe publi-
catum per Tubittā cum in ea pręſumatur adeſ-
ſe multitudo ciuium in aliis ſi non ita ſit publi-
catum bānum nullum redditur, & non poteſt
foriudicari vt per Math.in conſtit.grandis. viii.
not.& poſt And.in.d.conſt.pœnam eorum.vi.
&.vii.requiſi. quod autem tunc bānum debeat
continere vt per Math.in.d.conſtit. grandis.ix.
not. Et tunc facta publicatione banni per loca
ſolita fit relatio ſeruientis,& tunc incipit curre
re annus, vt foriudicetur, qui annus incipit cur-
rere a die publicationis per ciuitatē & loca ſo-
lita, non autem publicationis in curia cum non
ſufficiat niſi in magna curia, nec incipit a die

quo poſitus eſt banno, ſed a die publicationis. Ideo ſi ſtaret per aliquos dies iudex qui nõ fecerit bãnum publicari, licet fuerit poſitus in bãno ex decreto curiæ in vlti. peremptorio, non currit annus niſi a die quo fuerit publicatus. & ſi nõ publicaretur non curreret ex quo bãnum eſſet nullum, vt per Math. in d. conſti. grandis. Nec infra annũ poſſet foriudicari, ſed bannitus eſt expectandus per annum integrũ vt foriudicetur. & ſi ante foriudicaretur eſſet nulla foriudicatio: ex quo ius foriudicandi naſcitur ex lapſu anni vt per Math. in d. conſti. pœnã. viii. requiſi. Hoc limita nouiſſime per quandam prag. Caro. V. Impera. in reg. neapo. in duello. Nam ſi citatus ex cauſa duelli infra duos aut tres dies non cõparuerit foriudicatur, tam prouocans q̃ prouocatus acceptans duellum vt in d. prag. & ſi infra annum aliqs conſanguineus aut amicus comparuerit allegãdo iuſtas cauſas abſentiæ & impedimentorũ auditur, & datur terminus ad eas probãdas, quo non dato foriudicatio redderetur nulla: & quãdocunq; infra annum poteſt impedimentũ allegari, & ipſe põt cõparere, & purgare cõtumaciam & bona annotata recuperare. vt in d. cõſt. grandis vbi per Math. x. no. nõ autẽ recuperat tertiã partẽ bonorum mobiliũ. Et interim infra duos menſes non põt capi nec moleſtari bãnitus ſed bene põt poſt duos menſes, tamen ſi ſponte cõparet recuperat bona. & ſolutis expenſis aduerſario ſe defendit, datis fideiuſſoribus vt habeť in cõſti. clementiæ. & ibi per Math. Et ſi non ſponte. ſed capitur in bãno & fuga: ſe defendit in vinculis, nec relaxatur vt per Math. in conſti. humanitatem. poſt glo. &

70 And. ¶ † Quod bãnum etiam poſſet facere indic. ad torturam, ſi in ea fuga caperetur vt per Bal. in l. i. C. de here. inſti. habita tamen diſcretione perſonæ, & per Bru. in trac. indi. Mar. in pra in. §. diligenter & in l. i. in princi. ff. de q̃ſtio. & in ſing. cvii. & Ioan. de arno. in epiſ. xci. & in commenta. cxi. & infra dicetur. Et nonnulli iudices maxime ſuperiores faciunt dictam contumaciam & bãnum purgare per torturam, quando caperetur in banno & ante litem conteſtatam, non tamẽ indiſtincte ſed in perſonis diffamatis, & ſolitis, & vilibus contra quos proceditur ex proceſſu informatiuo vt dicetur infra. In aliis vero facta litis conteſtatione diſcutitur, an faciat indicium litis factis defenſionibus, nam Bru. loquitur etiam ſi in banno non capiatur, ſed cõpareret vigore ſtatuti & purgaret contumaciã, tunc non extantibus aliis indiciis ſi non probatur aliquid ad excluſionem banni & innocẽtia, tunc ſola contumacia faceret indicium. Tutius tamẽ eſſet facta litis conteſtatione ex quo regulariter nõ valeret tortura niſi facta litis cõteſtatione: vt per Ange. in opere ma. in gl. fama pub. & per Mart. in prac. in. §. expedita. & Bru. in d. tra. ii par. niſi bannum fuerit purgatum per probationẽ innocẽtiæ, nam tũc ſicut alia indicia tolluntur per contraria indicia & probationes: ita & bannum vt per Bald. hic in teſte de viſu. Elapſo vero anno & viuente accuſatore, nam eo mortuo non foriudicatur accuſatus vt ibi in d. conſti. pœnã per And. & Math. x. requiſi. Inſtante accuſatore denuo fit citatio iuxta formã prẽfatam ad dicendum & allegãdum cauſas abſentiæ & impedimentorum & non alias defenſiones, & notificabitur talis citatio parẽtibus agnatis, amicis, & vicinis qui ſi comparuerint in termino pfixo. & allegauerint iuſtas cauſas abſentiæ & impedimentorum tempore primę citationis audientur, alias non comparentibus procedi-
71 tur ad ſententiam foriudicationis. ¶ † Diſputat tamen gl. & And. in d. conſti. penam. An talis citatio requiratur, an ſufficiat prima: cõcludunt primam ſufficere. Tamen cautius eſt procedere talẽ citationẽ, & ita ſeruatur quando fit citatio agnatis, vt p Math. in d. conſti. vndecimo requiſi. vbi ponit formam dictę citationis. Mar. tamẽ in contumace habito pro confeſſo, & conuicto ex ſtatuto dicit precedere trinam citationem in pra. in. §. poſtq̃. in regno. tamẽ ſeruať vt ſupra.

72 ¶ † Notandum tamen eſt, & aduertendum in hoc vt ſciatur dies publicationis bãni & videat vltimum diem anni, a die publicationis banni cõnumerandum & in vltimo die & anni circulo compareat accuſator, & accuſet contumaciã banniti, & narret bannum, & perſeuerantiam banni per annum integrum. & petat ipſum foriudicari. Alias ſi in circulo anni & vltima die nõ accuſetur contumacia banniti & perſeuerantia per annum & inſtetur ad foriudicationem, non põt foriudicari, ex quo edictũ eſt circunductum, ita Iſer. in reperto. ſuo in ver. feudatarius bannitus ob maleficium. de quo dicto non meminit Math. in d. conſt. pęnam in requiſitis. Loquitur tamen ſecundum ſuã opin. & glo. q nõ requirať alia citatio, ſed prima ſufficiat. Hodie vero ex quo vtunť citatione alia aut inſtať p accuſatorẽ vltima die anni & accuſať cõtumacia banniti, & pſeuerãtia, aut ante p aliquos dies, citanť agnati vt ſupra. & tunc in vltima die accuſať contumacia bãniti p accuſatorẽ, & foriudicať, Math. tñ in d. conſt. octauo & vndecimo reqſi. Sentit expectari, q labať integer annus, & eo elapſo expe-

ditur citatio ⁊ inde nemine in ter mino citationis
comparente proceditur ad foriudicationem: in
vltimo tamen peréptorio huius citationis accu
ſata contumacia bániti inſtatur ꝙ foriudicetur,
& ita vidi obſeruari: Tutius tamẽ eſt, ꝙ in vltima
die & circulo anni a die publicationis fiat inſtã
tia & accuſetur contumacia, & ꝑ ſeuerantia per
annum : & deinde expediatur citatio, & inſte-
tur ꝙ foriudicetur iuxta dictũ And. vbi ſupra, &
tunc facta citatione, & in vltimo peremptorio
accuſata contumacia banniti, procedatur ad ſen
tentiam foriudicationis in ſcriptis latam, in po-
nendo pœnas cõtentas. in. d. conſti. penã ſaltim
per relationem ad eã. licet nõ ſpecifice declaret:
vt ꝑ Math. ibi in vlti. requiſi. & lata ſentẽtia tũc
vlterius non auditur accuſatus ad faciendũ ſuas
defenſiones, ſed habetur pro conuicto, & confeſ
ſo, & pro condemnato, vt aliud nõ expectet niſi
meram executionem ſi capiatur, & efficitur ho-
ſtis publicus, vt ab omnibus occidatur, & a tali
ſententia nõ poterit appellare nec principi ſup
plicare, ſed ſi capitur mittitur ad ſupplicium fa-
cta recognitione vt ſupra : & ita ibi per Andr.
73 & Math. ℭ †Intellige tamen haberi pro conui
cto & cõfeſſo in delicto pro quo fuit citatus tan
tum non in aliis delictis pro quibus non fuit cita
74 tus vt ꝑ Ioã. de arno. in caute. lxxxviii. ℭ †Et li
cet non poſſit appellare poterit tamen de nulli
tate foriudicationis dicere quę nullitas allegãda
erit per ipſum principalem, & nõ procuratorẽ,
vt dicit Math. in. d. conſti. penam in. §. v. in fi. &
75 ſeq. q. ℭ †Et nota ꝙ licet tollaẽ defenſio, tamen
procedit vbi de delicto cõſtaret plene: nam iu-
dex poſſet ipſum liberare non obſtante foriudi
catione ſi non conſtat de delicto per dictũ Bal.
in rubri. C. de manu. vind. & per Cepo. in cau.
cccxliii. ita per Ioan. de arno. in ſolilo. vii. Cogi
ta tamen ſi vera ſit interpretatio ex quo Mat. in
d. conſti. tradit ſufficere cõſtare per informatio-
nem, taliter ꝙ facit indiciũ, & multi poſſent eua
dere niſi delictum clare probaretur. idem Arno.
in ſolilo. xiiii. ⁊ in epito. lxxxvii. vbi an auditur
ſi voluerit opponere aliquã exceptionem, quã
ſi oppoſuiſſet nõ fuiſſet proceſſum ad bãnum &
foriudicationem. ꝙ ſic. & ibi etiam ſi liquet de in
nocentia foriudicati poſſet liberari, poſt Mar. in
ſingu. lxxii. & in cõſil. xliii. & Arno. in ſolilo. li.
& an poſſet annullare bannum, quia erratum in
ciuitate vt quia erat de vna ciuitate & in banno
poſuit de alia, licet cõſtet de corpore bániti : dic
vt per eundem Arno. in epito. xcv. ꝙ nõ poteſt
tamẽ opponere exceptionem perſonarum vt ꝙ
fuit lata ſententia contra pupillũ vel furioſum
& contra iudicis perſonam, vt per eundem Ar-
no. in commenta. clii. An autem occidens foriu-
dicatum repellatur vt infamis a teſtimonio vel
vel alio officio per eũdem Arno. in ſingu. lxxi.
An autem ad bona poſſit agere: dic & limita vt
76 per eũdem Arno. in problema. xiiii. ℭ †Limita
tamen pręfata, niſi iudici conſtet de innocentia
accuſati: nam non poteſt ipſum foriudicare, &
ideo ſtudeant agnati vt aliquo mõ ipſi iudici fa
ciant conſtare de innocẽtia bániti, nam tunc nõ
poſſet foriudicari & ita datur cautela per Mat.
ibi in. d. conſti. penam. iii. no. vt euiteẽ foriudica
tio. Sed qũo poſſunt facere ex quo agnati non
poſſunt allegare defenſiones pro bannito, ſed tã
tum cauſas abſentiæ & impedimentorum Vt di
cit Math. ibi in vndecimo reqſi. licet cõtrarium
dixerit Arno. in ſolilo. xxxi. vbi. dicit poſſe in-
teruenire procuratorẽ pro abſente foriudicãdo
Mart. in conſil. lx. No. tamen ꝙ licet non amitta
tur ꝓcurator ad defendẽdum ſed perſonaliter
debet cõparere tamen poteſt implorare officiũ
iudicis vt tẽpore iudex ſe informet de defenſio
nibꝰ rei, ita dixit Ang. in. l. plane. ff. de peti. here.
refert & ſequiẽ Mar. in rub. ff. de fide. iuſſ. q. ccl
xxix. poſſet etiam allegare ne dum ꝓcurator, &
agnatus, ſed quilibet amicus ꝙ occiſus aut vulne
ratus a foriudicando erat bannitus & foriudica
tus, nam talis exceptio ꝑ quemlibet opponi po
teſt etiam poſt bannum, & in foriudicationẽ vt
per eundem Arno. in commenta. clviii niſi etiã
dicamus ſi iudici cõſtaret ex proceſſu informa
tiuo de innocentia ſecundum Mathe. ibi, vel ha
beat ꝓpitium iudicem & ſecreto det teſtes ipſi
iudici per quos habeat innocentiã accuſati ſicut
dixit Inno. & Ana. in. c. veniens. vii. colũ. de ac
cuſa. vbi refert euaſiſſe quendam a ſentẽtia ban
ni, dando cartulam iudici & teſtes ex quibus ap
paruit eius innocentia. & fuit abſolutus, & per
Ioan. de arno. in caute. lxxvii. & etiã per Mar.
in conſi. lxxiiii. & in conſil. xxxix. & in pra. in
§. ſequitur. ſic etiam in ſtatuto ꝙ contumax ha
beatur pro confeſſo, ſi conſtat de innocentia nõ
põt cõdemnari vt per Mar. in prac. in. §. poſtꝙ
& per Mar. in. d. conſti. penam. iii. no. vt ſupra
77 dictum eſt. ℭ †An autẽ valeat dicta conſtitutio
vt tolere poſſit iuſtas defenſiones dic vt ꝑ And.
& Math. ibi in. i. not. valde enim dura eſt. d. con
ſtitu. vt ibi per And. Vt contumax ex ſola con
tumacia puniatur ad mortẽ, etiã pro delicto ab
ſciſſionis mẽbri, tñ valet ratione publicę vtilita
tis ꝑ auctoritates allegatas ꝑ Mat. ibi in. i. nota.
Obſeruãda ẽ ergo cũ ſacrilegiũ ſit diſputare de
factis regis vt in conſti. diſputare, licet Arno. in

ſoli.ſeptimonono, &.xiiii.tenet non valere.d.
78 conſtitu.niſi legitime conſtet de delicto. ¶ † Limita & intellige.d.conſtitu. vbi accuſatio aut inquiſitio fuerit valida alias nõ habetur pro cõtumace, ut per Barto.in.l.ſi filius vt.ff.de inter. actio. Roma.in conſil.ccxxiii. Arno.in ſolilo. liii. & ſequen.ſoli.liiii. vbi dixit ꝙ ſtante nullitate accuſationis aut inquiſitionis admitti procuratorem in capitalibus, quæ omnia prædicta no. quia vix in regno fiunt legitimę forindicationes.ideo diligenter aduertas dum in facto habueris vt cautius agas ad validandam ſententiã
79 forindicationis de hoc hactenus. ¶ † Octauus caſus eſt in officiali cõdemnato in ſindicatu. vt appellare non poſſit,& hoc iam de iure cõmuni(vt traditur per docto.in.l.iii.infra eo.titu.& late per Par.in tract.ſind.in verſi.appellatio) ꝙ etiam de iure regni vt extat.c.incip.vulgaris famæ eloquium,vbi non appellatur ad effectum retardandę executionis, admittitur tamen cum cautione de reſtituendo in caſu retractationis, & licet ſit tale cap. ad beneplacitum principis vt morte conſtituentis ſit finitum, tamen in regno obſeruatur per nouam prac.incip.regiæ dignitati,in tit.de modo pced. & etiã per Par. in d.ver.appellatio. Limita tamẽ & tempera vbi officialis eſſet puniendus pœna corporali, nam per appellationẽ ſuſpenditur executio: vt per Par.in.d.verbo appellatio, ver.an ſi ſtatuto maxime in fi. vbi etiam limitat a ferenda ſentẽtia per ſindicatores:nam a ferẽda appellare poteſt non obſtante etiã ſtatuto, poteſt tamen ſupplicare,vt ibi per Par.in fi.& quia materia ſindicatus eſt ſeparata habens dotem ſuam ideo recurre ad Par. in tract. ſind. ad Carald. de viſco & Arno de iuſti.in eo.tra.poſt Bal.in.l.nec quicq̃.
80 §.vbi decretum.ff.de offi.pro cõſu. ¶ † Nonus caſus eſt,in relapſo in hereſim:nam ſi poſtq̃ hereſim abiurauit ſi in eam re incidit non auditur aliquo modo ſe defendẽs nec appellat, vt in.c. ad abolendam.§.illos de here.& in conſti.incõſutilem,vbi non licet etiam regi pro eis ſupplicare ſua pœna regiæ indignationis,vbi p Math. xxv.not.& in glo.in vet.nolunt. Specu.in tit. de appella.§.in quibus verſi.xxxi. Contrarium tamen ſentiunt doct.in.d.c.ad abolendã, vt ibi per Fili.tamen hodie expreſſum eſt vt in.c.vt inquiſitio.§.1.de here. in vi. Quod.c.limita, vt ibi per Filin.duobus modis. Primo quando appellaret ante ſententiam ferendam, tunc enim poſſet,nam prohibita appellatione a diffinitiua ante põt appellare,vt ibi per Arch.& alios, & per Deci.in.l.ſi quis in conſcribẽdo, vlt.col. C.de pac. Secundo limita quoad iudicẽ a quo, nam iudex ad quem cognito de iniſtitia poteſt inhibere: vt per Panor. in ca. paſtorali,in fin. prin.vet.ad quã tamen autem,de appel.glo.in.c. romana.§.finantẽ de appel.in.vi. Et nedum loquitur.d.c.vt inquiſitionis officium in relapſis in hereſim,ſed in ipſis hereticis eis credentibus, receptatoribus,& eorum fautoribus, vt ibi dicitur,vt non appellent.Ioan.and.in cap.tũc felicis de pen.in.vi. Ang.in opere male.in gl.pręſente Gayo & appellãte.iii.col. Vbi etiã in crimine ſimonię cum ęquipararetur crimini hæreſis,vt ibi per Math.in.d.conſtit.inconſutilẽ.xii. not.extat infra ſpecialis tractatus de hac here-
81 ſi,ideo non me extendo. ¶ † Decimus caſus eſt ab inquiſitione formata:nam ſi iudex vult formare proceſſum & facere inquiſitionem generalem aut ſpecialem præcedente diffamia,non poteſt inquiſitus appellare vt per Spec.in titu. de inquiſitio.§.ii.ver.licet. vt ibi exemplificat: & dic & declara: vt per Bal.in.l.ii.C.de epiſc.
82 aud.in.iiii.q. ¶ † Quæ antẽ requirantur ad formãdum inquiſitionem generalem & ſpecialẽ: dic vt per docto.in.c.qualiter & quãdo.de accuſ. Ang.plene in.l.ſi vacãtia.C.de bon. vacã. lib.x. Ang.in gl.hęc eſt quædã inquiſitio. Mat. pleniſſime in prac.in.§.conſtante,vbi multi & Par.in tract.ſind.in ver.inquiſitio: vbi de multis.c.reg.loquentibus de inquiſitione formãda, & conſti.reg.& maxime reg.conſti. iuſtitiati per calendas.& cõſti.iuſtitiarii per prouincias, & alias conſti. vt ibi per eum &.c.reg. ab illo incoandum in titu.de inquiſ. for. & c.incip.vt delaras quæ requirit pręcedere diffamationem, & non aliter alias corruit,& per Ioã. de arno. in ſing.lviii. Amplia etiam in habente arbitriũ, vt per Mat.in.d.§.conſtante, & in cõſi.xlviii. & per Par.in.d.ver.inquiſitio:& ibi quæ requirantur,& de fallentiis ratione diffamię p Mat. in.d.§.cõſtante. Amplia etiã ſi diffamatio ſubſequatur,vt per Mar.in.§.cõſtante, & per Par. in.d.ver.inquiſitio. Amplia etiam ſi de delicto conſtat plene per teſtes vt per Mat.in conſi. cxvii.& per Thom.gram.in conſi.cxxxviii.& in conſi.xliii.& in voto.iii.vi.colũ. vet. item huiuſmodi prę́heminentia. Vbi etiam ſi conſtat de delicto,ita interpretãdo.c.reg.& litteras arbitrales pcedente diffamatione,& p Ioã.de Arno.in ſolilo.lxv. Qđ intellige in inqſitione ſpeciali,in generali autẽ ſi cõſtat p quatuor teſtes omni exceptione maiores condẽnari põt, non per paniores vt in.c.reg.incip.ſubiũgẽdo quę declara, vt per Par. vbi ſupra. Limita tamen in principe,

in principe,nam tūc non requiritur diffamatio: vt per Mar.in.d.§.conſtante.& per Ioan. de ar no.in dialogo.lxxxiiii. vbi vide limitationes.c. reg.& in dialog.lxxxvi.vbi ſi extent duę famę contrariæ,vt bona & mala, an ceſſet inquiſitio & per eundem in ſingu.lviii. alias limitationes, vide per Mar.in.d.§.conſtante.poſt Ang.in.d.l.
83 ſi vacantia. ¶ † In quibus autem caſibus procedatur ex officio & per inquiſitionem in reg.dic vt in.d.c.vt delatas per quod.c.non poteſt pro cedi ex mero officio per ſpecialem inquiſitionem,contra particularem,niſi præcedat denuncia & querela partis,generalis vero eſt prohibita in reg.per.c.reg.Ioan. incip. item ſtatuimus, vide in conſti.reg.hii qui.vbi de generali inquiſitione fienda,& in.c.reg.ab illo inchoandum.cū duobus ſequentibus incip. in generalibus & incip.ſubiungendo.vbi ſi conſtat per quatuor teſtes condemnatur,licet non repetitos parte citata & de aliis.c.per Par.in.d.ver.inquiſitio. cum ver.ſeq.vbi fallit quando delictum fuerit commiſſum in pręſentia iudicis, nam ex mero officio procedi poteſt & contra aſſaſſinos & publicos diſrobatores ſtratarum.Contra vero hominem bonæ famæ & vitę ex officio & per inquiſitionem non proceditur vt per Thom. grā. in conſi.xxxv.Sed quid ſi in caſibus in quibus ex officio non poteſt procedi non fuit oppoſita exceptio,ꝙ non poſſit procedi, an lite conteſtata opponi poſſit:dic vt per Ioan. de arno.in commenta.clv. Et an copia repertorum & inquiſitionis danda ſit inquiſito:dic vt per Deci.in l.ii.C.de eden.& limita,vt per Ange. & Augu. in opere malę.in glo.fama publica. & per Par. in.d.tract.in verbo tortura.iii.ver.mādauit rex. poſt medium,ibi idē eſt vbi fit inquiſitio, & per Augu.in.d.glo.v.col.ver.item aduertas vbi q̄ñ ex officio proceditur in homine malæ famę nō datur copia in regno. Tamen indiſtincte datur copia inquiſito vt in.d.c. ſubiungendo, niſi tamen illis perſonis contra quas proceditur ex ꝓceſſu informatiuo non datis defenſionibus, de quibus infra. Item in crimine læſæ maie.nō datur copia repertorum ſine regis conſultatione, vt per Math.in conſti.hi qui.xv.no.& an & q̄ñ detur copia repertorum inquiſito in regno & quid de iure communi per Capi. in deciſ. ſacri conſi.lxxiii.per totam,vbi poſt litem non ante nulla habita diſtinctiōe perſonarum per.c. reg. ſubiungendo. cætera in hac materia vide per
84 doct.in locis ſupra. ¶ † Vnum tamen no. quod refert Mar.in.d.§.conſtante in fi. Quod ſi ordo inquiſitionis non ſit obſeruatus.ꝙ nunꝗ imponi debet pœna ordinaria inquiſito,ſed minor pœna,& non mortis,licet abſolui deberet, vt ꝑ Mar. in conſi.xlix.& vide in materia Mar.in conſilio xxxv.conſi.xiiii.conſil.xl.conſil.xlviii. & ſeq. cōſi.liii.cōſi.lxiii.& ſeq.& cōſil.lxxvi.& in cō ſi.lxxviii.& ſeq.& cōſi.lxxxii.& conſi.cxvii.& conſi.cxxviii.& conſi.cxxx.& conſi.cxxxiiii. in quibus & in d.§.conſtante. Etiam ſi mandaret princeps formādam inquiſitionem, & etiam ſi conſtet de delicto,niſi diffamia pręcedat corruit inquiſitio,in cæteris in materia,dic vt in locis ſupra,ſufficit aliqua vtilia attingere & in re-
85 gno diſpoſita referre. ¶ † Vndecimus caſus eſt in crimine læſæ maieſtatis,in quo crimine condemnatus non appellat.vt no.in.l.Pantonius.§. rei perduellionis.ff.de acqui.hære.& in.c.felicis ſecundum vnum intellectum,& ibi per Arch.et Ioan.And.de pen.in.vi.item hoc crimen hęreſi æquiparatur,& tamen in eo non admittitur appellatio vt in.d.c.vt inquiſitionis, ergo nec in iſto & pro hoc eſt tex.in.d.l. conſtitutiones.ff. de appell.vbi committens factionem non appellat quæ factio cadit in hoc crimine, vt in.l. quiſquis,in prin.C.ad.l.iul.maie.& in conſti. ad reprimendam,ibi factionibus, ergo ſicut in.d.l. conſtitutiones.faciens factionem non appellat. Ita nec in hoc crimine.cum inſit in eo factio,ita tenet per hęc Imo.& Roma.in.d.§.rei perduellionis:& Alex.poſt Bart.in.l.ſiquis.§. hi autem. ff.de iniu.rup.& irrito teſta.Ange.in opere male.in glo.pręſente Gayo.iii.colum.ſed glo.in.d. §.rei perduellionis.tenet contrarium, quod appellare poteſt & eam ſequitur ibi Areti.& Augu.poſt Ange.in.d.glo.pręſente Gayo, tū quia non reperitur lege prohibitum appellare, tum quia diſpoſitiuo.d.§.rei perduellionis, non loquitur in crimine læſæ maie. ſed in perduellione, qui hoſtis publicus appellatur. Qui autem ſit ꝑduellio ibi traditur:& in.l.quos nos.ff.de verb. ſigni.Car.in clem.ii.xv.not.v.q. de re iudi. dicuntur enim hoſtes publici populi Romani, cum quibus bellum eſt tanꝗ cum hoſtibus populi Romani:& crimen eſt perduellio lęſę maie.cōtra populum Romanum vt per Cardi. ibi & doct.in.d.§.rei perduellionis. & per Matthe. in cōſti.in conſutilē.xvii.no. vbi qualiter puniatur:& crimine ineſt læſæ maieſta. Tamen duellum locum habet in perduello necnon in crimine lęſæ.maie. vt per Capi.in Deciſio.la. conſil. cxxx.circa fin. reſpondet Areti. ad contraria: nam in.d.l.conſtitutiones.ratio fuit accelerandę exequutionis non vindictę minuendæ. ideo vt euitetur maius malum in factione accelera-

tur executio,quod ſecus eſt in crimine læſę ma
ie.cum hęc nō fuerit ratio.vt ibi per eum. Nec
in omnibus par ratio eſt in hoc crimine & hæ-
reſi,cum quandoq; plus in vno diſponatur q̃; in
alio crimine,nec in omnibus capitibus æqualis
86 extat diſpoſitio. ℭ †Nam publicatio bonorum
& memorię damnatio,non fit niſi quando con
tra principem & rempublicam Romanorū cri
men committitur.in cęteris vero non damna-
tur memoria.vt no.in.l.fi.ff.ad.l.Iul.maieſt. &
in.l.eorum qui.ff.eo.no.Inſti.de publi.iud.§.itē
lex Iulia.vbi gloſ. docto. in.c.cum a nobis. de
præſcrip. Ange.in glo. che hai tradi. la tua pa-
tria.glo.in.q.reg.contingit interdum Deciſi. in
conſi.xi.in nouiſſimis conſi. & per Capi.in de-
ciſi.ſacri conſi.cxxx.vbi tribus capitibus dam-
natur memoria,& locum habet publicatio bo-
norum in.ii.dic. &.x.ſpeciali ergo nō indiſtin
cte arguitur de vno crimine ad aliud,ſed eſt da
re in alterutro inſtantiā,ergo non ſequitur con
ſequentia , & ſimilitudo.c. ſicut vrgeri.i.q.iii.
Bar.in.l.ſi quis ipſi prætori.ff.de ope.no.nun.
Pręterea appellatio inducitur vt ſe defendat cū
ſit defenſio & vbi cadit defenſio cadit appella
tio,& econtra,vt no.in.l.excipiuntur.ff.ad ſil-
le.ſed in hoc crimine poſſet cadere defenſio in
87 aliquibus capitibus ergo. ℭ †Quod patet nam
licet occidens officialem regis committat cri-
men lęſę maieſta.vt in conſti. quoniam qui ſint
rebe.& in conſtitu.reg.humanitatem & in.d.l.
quiſquis.& in conſti.vt participatio & in con-
ſtitu.eos tantum officiales.& per And.in.c.i.in
ver.committentium crimen læſæ maieſt. in ti-
tu.quę ſint rega.& per Mat.in.d.conſti.vt par-
ticipatio.& Par.in tract.ſind.in ver.iniuria. in
fi.ver.vt idem Guido papa in deciſi.parla.ccc-
xliiii. & idem in occidente familiarem regis,
vt per Mar.in conſi.i.& conſi.cxx.tamen ſi o-
dio & priuata inimicitia fuiſſent interfecti nō
incidit occidens in crimen lęſę maie.vt in.d.lo
cis per eoſdem Capi.in deci. ſacri conſil.cxxx.
ver.Itē ex.l.quiſquis.& ibi quod in dubio prę-
ſumitur,poſt Pari.in.d.ver.iniuria ⁊ ibi per Ca
pi.Idem in principe ſi occidatur ob inimicitiā
vel ſe defendēdo non tenetur hoc crimine.Ec-
ce ergo ꝙ poteſt ſe defendere & allegare ꝙ o-
dio & inimicitia occidit,non autem ꝙ rex offi
ciali & familiari careat,& ſic non incidit in cri
men læſæ maie.ergo cum habeat defenſionem
admitti debet in appellatione,cum in cauſa ap
pellationis poſſit hoc probare.& ſic poſſet for
te dici,aut cōſpiratur cōtra principē & rēpub.
Rom. & tūc nō appellet,⁊ ſic ſcdo capite cōtra
alios vero appellet,Quę diſtinctio poſſet pcede
re ſi p conſtit. ad reprimēdā.nulla fieret diſtin
ctio,vt ibi in quocūq; crimine læſę maie. & ibi
gloſ. Prima tn̄ opīo tenetur.ꝙ non appellet nā
ſi in aliis criminibus ratione immanitatis ſcele-
ris non appellatur.vt in.l.i.C.de rap.virg.et in
l.cum reis.C.de pen.et in.l.prouinciarum.C.de
feri.& Ang.in.d.glo.præſente Cayo.iiii.col.er
go multo magis in hoc crimine,vbi ſtatus publi
cus læditur,& intereſt eius tales puniri. & per
Guid.papę.in tract.de appella.caſu.cxx.& per
Capi.in.d.deciſ.cxxx.xii.ſpeciali. And.tamen
in.c.i.in.d.ver.committentium ver.vii.diſpu-
tando.Et arguendo ad partes,concludit appel-
lare poſſe,cum cautum lege non reperiatur,niſi
interueniat conſpiratio & factio, nam tunc nō
appellat per.d.l.cōſtitutiones.alias admittitur:
& reſpondet ad obiecta,vbi etiam tradit.An &
quando princeps poſſit tollere appellationem,
& an ſit de iure diuino?maxima eſt auctoritas
Andr.in regno ideo eius opinio tenenda , vide
aliquid per Math.in conſti.intentionis.xii. no.
& in pręludiis in.xxi.q.an appelletur ad Papā
a ſententia regis in tali crimine? & in.d.conſti.
inconſutilem,ꝙ non licet etiam ſupplicare re-
gi,& vide glo.in.c.reg.nuper apud Tranum,v-
bi notorius & manifeſtus proditor de facto pu
nitur,& non auditur in ſuis defenſionibus, oc-
cultus vero auditur ⁊ ſic ſi notorius non appe
lat.ſi occultus(cum poſſit ſe defendere appella
88 re) poſſe. ℭ †Quot autem modis contraha-
tur crimen rebellionis ⁊ de pœna vide per Gui
do.pap.in deciſi.ccccclxxxix.vbi de pœna re-
bellis.& per Boni.in opere male.in titu. de cri
mi.lęſę maie.& per eundem Guido. in deciſio:
cxci.quis dicatur proditor:& per Corne. in cō
ſi.xcvi.in quarto volumine per totum plene,⁊
vide in deciſi.cccxliiii.per Matth.de machinā-
te in mortē regis vel eius officialis,& quot mo
dis committatur crimen læſæ maieſtatis?dic vt
per Matthe.in.d.c.i.quæ ſint reg.& in conſtitu
tio.ſtatuimus.iii.nota.& in conſti.humanitatē.
x.nota.& in conſtitu. proſequentes.xvi.nota-
bi.& in conſtitu.hi qui ponit.xxx. ſpecialia in
hoc crimine.& in.d.c.i.& in conſti.inconſuti-
lem.xvi.not.& vide de ſpecialibus & quot mo
dis committatur hoc crimen lęſę maie.pleniſſi
me:per Capici.in deciſio.ſacri conſi.cxxx. vbi
declarat capita.l.i.ff.ad.l.Iul.maie. vide per eū
q̃ plura refert.Ponit ſpecialia & declarat om
nes leges circa crimen hoc loquentes: & an in
omnibus & in quibus detur capitibus publica-
tio bonorum,& de pœnis criminis lęſæ maię. ⁊

an contra vicarios ⁊ officiales principis. De ma
teria huius criminis dic vt per Marti. de laud. in
ſuo trac. crimi. læſę maie. & per Ange. in gl. che
hai tradi. la tua pa. & per Math. in. d. c. i. quę ſint
rega. & per Boni. in trac. ma. in tit. de crimi. lęſæ
maie. & in conſti. q̃m qui ſint rebe. & in conſtit.
ad reprimendam. & per Mar. in conſi. i. & p to-
89 tum. ff. & C. ad. l. iul. maie. ℭ †Duodecimus ca-
ſus eſt, vbi periculum eſt in mora: nam appella
tio non admittitur, ut per Specu. in tit. de appel.
§. in quibus ver. vii. doct. in. c. qua fronte de ap-
pella. & ideo dixit Bal. in. l. cum reis. C. de pen.
per illum tex. & glo. ꝙ ſi amici aut conſangui-
nei accuſati uel inquiſiti procurant tumultum ꝙ
liberetur. Quod tunc iudex poteſt facere conui
ctum renunciare defenſionibus & ipſum ꝓpter
periculum decapitare, ⁊ ſic tũc acceleratur exe
cutio. & non admittitur appellatio. vt in. d. l. cũ
reis. & Roma. in ſingu. cccccl xxxix. Ang. in gl.
ꝙ iudex ſtatuit ter ad fac. ſu. defen. ver. ſi autem
aliquis Mar. in pract. in. §. examinanda. iiii. colũ.
ver. vlterius. ⁊ in. l. qui ceden. in fi. ff. de ſicar. An
ge. in conſi. xiiii. Par. in. d. tract. ſind. in verbo la
tro in fi. i. ver. vbi acceleratur executio, poſt tũ
90 ſententiam non ante cõdemnationem. ℭ †Im-
mo plus dixit Bald. in. d. l. additos. ver. ſed pone
ꝙ qui. quod ſi familia videt & timet ductum ad
ſuppliciũ auferri, poteſt impune occidere. Ale-
xan. poſt Bar. in. l. eiuſdem. §. transfugas. ff. de ſi-
car. Math. in conſtitu. terminum vitæ. xxii. fall.
Bal. in. l. fi. C. de male. & mathema. ⁊ in. l. fidei-
commiſſa. §. ſi quis. ff. de lega. iii. Bart. in. l. cuiuſ-
cunq;. ff. ad. l. iul. maie. Mar. in. l. i. in prin. iii. col.
ff. de ſicar. Qd ꝓcedit ſi iuſte fuiſſet cõdẽnatus, &
nõ appellaſſet, ſecus ſi iniuſte appellaſſet. nã nõ
põt occidi, ĩmo tũc cõſanguinei amici & ẽt cleri
ci poſſent eũ de facto auferre a manibꝰ familiæ:
nec tunc incidunt in crimen lęſæ maieſtatis. vt
per Bal. ibi & in. d. l. additos. & per Mar. plene ĩ
l. i. in prin. vi. col. ff. de quæſtio. & in. l. i. in prin.
ix. col. ff. de ſicar. nec tenentur pœna dictæ legis
cuiuſcunq;. vbi Bar. ff. ad. l. iuli. maie. Et tempe-
ra & intellige quando familia habuiſſet in man
datis a iudice vt occidat & non aliter, vt ſentit
Bal. in. d. l. additos. ita Mar. in. d. l. i. iii. col. verſi.
91 amplia etiam hunc tex. ff. de ſicar. ℭ †Tertiuſde
cimus caſus eſt, in debitore fiſcali condemnato
qui non appellat. l. abſtinẽdum. & . l. fi. infra eo.
titu. quod tamen dic & declara, vt per Andr. in
conſti. intentionis. col. fi. & ibi per Mathe. & in
conſti. ſi quis impoſterum. xvii. not. vbi condẽ-
natus deſpreta defenſa portatione armorum, &
pœna vſurariorum a declaratione poteſt appel
lare, vt quia iudex declararet incidiſſe. Sed ſi de
bitum fiſci & pœna eſſet manifeſta poſt ſenten
tiam non appellat, cum eſſet appellatio fruſtra
92 toria, vt ibi per And. ℭ †Decimuſquartus caſus
eſt in citato: nam ſi citatur pro aliquo crimine a
tali citatione non appellat, intellige tamen in ci
tatione verbali, & non in citatione reali, per ca
pturam: nam ſemper etiam per menſem appel-
lare poteſt. vt per Bal. in. l. ii. C. de epiſc. aud. Lã
fran. in. c. quoniam cõtra. §. interlocutorie. ver.
& vt perfectius de proba. Bar. & poſt eũ Alex.
in. l. ii. ff. de appel. Fallit in citatione per edictũ
in caſu nõ permiſſo, vt per Bart. in extrauag. ad
repri. verſi. per edictum. & per Alex. poſt Bart.
in. d. l. ii. & in. l. iiii. §. prætor. ff. de dam. infec. nã
tunc appellat. Et de materia carcerati ꝙ poteſt
appellare etiam ſi ſtaret per longum tẽpus, ex
quo quotidie dicitur grauari: dic, & proſequere
vt p Par. in. d. trac. in verſi. carceratus. & in ver
ſi. captura. & per Mar. in pra. in. §. attingam. &
in. §. diligenter, & in. §. opportune. & in. l. i. in
prin. viii. col. ff. de ſicar. Ange. in gloſ. qui iudex
inſſ. car. & per Tho. gram. in vo. pen. in quibus
quid ſi iniuſte eſt carceratus an poſſit aufugere
vt non habeatur pro confeſſo, & quod eximẽs
eum de carcere non teneatur, & occidens cuſto
dem non puniatur: dic vt per eos in. d. locis.
93 ℭ †Decimuſquintus caſus eſt in raptoribus vir
ginum tex. eſt in. l. raptores. C. de epiſc. & cleri.
in conſtitu. ſiquis rapere. in quibus traditur, &
per Specu. in titu. de appell. §. in quibus, & per
Alex. poſt Bar. in. d. l. conſtitu. ff. de appel. Ang.
in. d. glo. pręſente Gaio. iiii. col. & And. in. c. i. in
ver. committentium crimen læſę maie. in titu.
quæ ſint rega. Vbi intelligit habere locum in ip
ſo raptore & non in ſociis & auxiliatoribus, re-
ceptatoribus: nam hi poſſunt appellare, vt per
And. in. d. conſtitutio. ſiquis rapere. & per Mar.
in conſtitutio. capitalem. i. not. Quod intelligit
Mat. in. d. conſtitu. ſiquis rapere. x. q. ſi fuiſſet cõ
uictus & confeſſus alias appellat, & ita intelli-
git. d. l. i. vbi dicit probari quatenus ibi dicitur,
debere capi in fragranti aut conuinci per legi-
timas probationes. Et ideo ſi per indicia probe
tur, vt fuga & contumacia, vel ſine indiciis tor-
tus & confeſſus, non prohibetur appellare ſi cõ
demnaretur. Dic tamen contrarium, nam tex. in
d. l. i. dicit aut conuictum per legitimas proba-
tiones, aut captum in fragranti ad mortem con
demnandum, nec appellare poteſt. Et ſic ſuffi-
cit alterũ, aut ꝙ conuincatur, aut ꝙ confiteatur,
aut ꝙ in fragranti capiatur, ſi condemnatur nõ
appellat. Præterea ſi hoc eſſet verum, eſſet ex-

regula huius legis, & non ex immanitate ſcele
ris,quam conſiderat.d.l.i. & ita omnes ſentiunt
doct. qui ſupra dicentes eſſe ſpeciale, in hoc
crimine propter immanitatem, vt condemna-
tus non appellat. Prætetea raptor eſt hoſtis pu
blicus, vt ibi in.d.l.i.dicitur ibi hoſtili more vbi
no. Bald. Sed hoſtis reipublicæ dicitur perduel
lio, vt declarat Auguſti. poſt Ang.in.d.glo.pręſente Gayo.iii.colum.reſpondendo ad.d.§.per
duellionis. ſed perduellio non appellat vt ibi
not.glo.in.d.§.perduellionis,& per Augu. vbi
ſupra. Ergo nec etiam in hoc crimine raptus fa
teor tamen quod ſi probationes non eſſent claræ & à iure approbatę, quod ſi condemnetur
appellare poſſet cum.l.i.requirat conuinci per
legitimas & a iure approbatas probationes, &
ita intelligitur dictũ Matth. At ſi plene & legitime & a iure approbatæ ſint probationes, &
ex eis condemnetur vel capiatur in fragranti,
condemnatus non appellat. Intellige tamen vt
per Ioan.de ana.in.c.i. de adulter. & in.c.cum
cá.de rapto. Bal.in conſil.xxx.ii. volu. Cuma.
in conſi.lix.Mar.in.d.l.i.& in.l.is qui cum telo
penulti.col.C.de ſicar. in caſu quo fuerit rapta
mulier & cognita. Alias ſi rapta & non cogni-
ta aut cognita, & non rapta, non punitur pœna.d.l.i. & appellare poſſet, vide tamen Bal.in
d.l.ſiquis non dicam rapere,& Cepo.in conſil.
lvii. & plene Mar.in.d.l.i.vlti.colũ. verſi.vlterius quæro. & de materia.d.l.i.an & quando lo
cum habeat ibi vide per Marſil.& Matth. in.d.
conſti.ſi quis rapere. & in conſtitu. capitalem.
& Bald.in.d.l.ſi quis rapere. Canon.in.d.c.i.de
adulte.& Mar.in conſi.cv.& conſi.lx.& ſeq.ꝛ
94 dicetur infra alibi. ❡ † Sextuſdecimus caſus eſt
in falſificante monetam regis, nam conuictus
& condemnatus non appellat vt eſt tex.in.l.i.
C.de falſ.mone. Ange. & Augu.in.d.gloſ.præſente Gayo.iiii.col. Alex.poſt Bart.in d.l.con-
ſtitutiones. Et an & quando puniatur falſificás
monetá & quid ſi erat reprobata & alias mul-
tas,quas in materia proſequere, vt per Dyn. in
conſil.xxxvii.& Gandi.in rub.de falſ. colum.
v. Bel.in pract.in glo.falſarium. Angel.in gloſ.
falſario.v.col. Boni.in rubri.de pœna falſ.mone.Cepo.in cõ.lxxvii. Cuma.in con.cxxxviii.
Marſi.in conſi.lxxi.& plene in.l.qui falſam.ff.
de falſ.& per Alex.in ſuo conſi. de expenden-
te bagatinos. In regno autem de falſificáte mo
netam,tondente,& radente, & de materia ha-
betur in conſtit.adulterinam. vbi per Matth. &
in conſtitut.ſi quis campſor. & in conſtitut.qui
nummos. vbi per Matth.in.c.reg. cum ex diuer
ſis. & in.c.iam ſæpe ad nos plurium. & in.c.propenſa deliberatione. & in.c. item permittimus
atq; ſtatuimus. & in.c. vtq; ab excellentia. & p
And.in cap.i.in verſi. monetæ.quæ ſint reg.
95 ❡ † Decimuſſeptimus caſus eſt,in caporali coa
dunante gentes,& vim inferente, nam ipſe ca-
poralis tenetur de eo quod alii fecerunt,& con
demnatus non appellat, vt eſt text.in.l.quoniá
multa. C.ad leg. iul. de vi pub. & in hac lege q̃
ita intelligitur ſecundum gloſ. quatenus declarat manifeſtam violentiam allegando.d.l.quo
niam. Alii vero tenentur de ſimplici violentia
de eo quod fecerunt. vt per Bar.in.d.l.quoniá.
& in.l.ii.§.ſi quis non ipſe.ff.vi bono.rapto. Et
ibi an teneatur principalis ad damna coadunatorum & quę habentur poſt eum in apoſt. Qui
autem dicantur caporales, vide Bal. in.l.i.C.de
ſer.fugi.& Bart.& poſt eum Alexan.in l.ii.§.ſi
quis non homines.ff. vi bon.rap. Bal. in conſil.
xxix.iiii.volu. Boni.in rubr.de accuſat.xii.col.
& in rub.de inſultu.vi.col.verſic. ſed quid ſi in
rixa.in quibus quando etiam tenetur caporalis. Cepo.conſi.xxx.& ſeq. & conſi.xxxvi. &
ſeq.& Mar.in conſi.lxvii. vbi an locum habeat
96 in mãdante.d.l.quoniam. ❡ † Decimuſoctauus caſus eſt,in inſigni & famoſo latrone. nam
condemnatus non appellat,ex quo intereſt reipublicę ſtatim puniri, vt in.d.l.conſtitutiones.
in.i.exemplo. And.in.c.i.§.publici latrones.de
pa.ten. Par.in trac.ſind.in ver.latro.i.&.ii.ver.
Ange.in.d.glo.pręſente Gayo. And.in.c.i. ver.
bona committentium.pen.col.in titu. quæ ſint
reg. Sed an iſti debeant eſſe conuicti & confeſſi? Pari. vbi ſupra in.i.ver. ſentit ꝙ ſic. Inquantum dicit ꝙ latrones confeſſi conuicti non appellant. Sed dic ꝙ ſiue ſint conuicti condemnati ſiue confeſſi & condemnati, non appellant.
intereſt enim eos puniri.d.l.conſtitutiones. &
ſi requireretur ꝙ eſſent conuicti & confeſſi nul
lum eſſet ſpeciale, ſed ex diſpoſitione & regula huius legis,& ita tenent in.d.l. cõſtitutiones.
& traditur in.l.ſi quis filio.§.hi autẽ.ff.de rupt.
teſtam. vbi famoſus latro non appellat. Ang.in
d.glo.præſente Gayo.iii.col. Qui autem dicantur famoſi, & inſignes latrones habetur plene
per Bar. & Alexan. poſt eum in.l. capitalium.
§.famoſos.ff.de pen.& per Bal.& alios in auc.
ſed nouo iure.C.de fur.& per Andr.in.d.c.i.§.
publici latrones. Par.in verſi.latro.ii.ver.& in
verbo tortura.lo.iii. verſi.quidam latro famoſus.per Iaſ.in.§.ex maleficiis.inſtit. de actio.ii.
not. vſq; ad fi. Et ibi multa de his latronibus, &
qualiter puniri debent,& ibi qualiter intelligitur,

tur,ꝙ in his liceat iura tranſgredi, & per Math.
in conſtitu.iuſticiarii non per calendas.v.nota.
Mar.in conſi.xxii.& per Thom.gram. in cõſil.
lix.qualiter autem contra iſtos procedat & an
ſeruari debeat iuris ordo,& vbi puniẽdi ſunt,&
qualiter.& an dictum corũ faciat indicium con
tra conſocios.& an poſſint renũciare defenſio
nibus ſuis?dic vt per Par.in.d.verbo latro. cum
duobus ſeq.verſi.& ibi an fama exiſtente ꝙ ſit
famoſus latro.ſufficiat vt puniatur tanq̃ famo-
ſus latro?& Iaſ.in.d.§.ex maleficiis.& Math.in
d.conſtit.iuſticiarii non per calendas.And.in.d.
§.publici latrones.Mar.in.d.conſi.xxii.Matthe.
in conſti.pacis cultum.ii.glo.Ang. in gloſ. veſtẽ
celeſtem.ii.col.Gandi.in rub.de fur.& la. Boni.
in ti.de fur.& roba.Iaco.de bel.in ea.rub. Mar.
in prac.in.§.examinanda.i.col. Thom.gram.in
d.conſi.lix.Not.tamen vnum in hoc quod dicit
And.in.d.§.publici latrões. Quod ſi procedatur
contra aliquem, tanq̃ contra famoſum & inſi-
gnem latronẽ neceſſe eſt prius hoc conſtare ip-
ſum eſſe famoſum ad hoc vt tanq̃ contra famo
ſum procedatur,(niſi fuerit captus infragranti)
& ibi quid ſi conſtat famoſum & tortus nõ con
fitetur an abſoluatur?& quid ſi non probatur ta
lis qualitas an abſoluatur?& ibi qualis debet eſſe
tortura contra famoſum latronem,& an ſepius
poſſit & debet repeti, & per Par. in.d. verbo
tortura.in ver.quidam latro famoſus. Circa ve
ro iſtos publicos latrones in regno reperitur ſta
tutum per plura.c. Et primo circa fidem adhi-
bendam dicto latronis,contra ſocios & recepta
tores,habetur in.c. frequens & ineffrenata. vbi
ſtatur dicto trium latronum ſegregatim interro
gatorum poſt torturam,& nõ inſimul & ꝙ ſint
concordes inſimul,in eorum dictis, & ꝙ perſe-
uerent in eorum confeſſionibus vt plene de in-
tellectu huius.c.tradit Thom.gram.in.d. conſi.
lix.& vide aliud.c. incip. conſtitutionem diuæ
memoriæ.& de tortura inferenda, vt non ſer-
uetur contra eos ius commune dic vt in.c.inci.
in accuſatis autem.& in.c.tormẽtis. & in.c.idẽ
prouiſa iuris ſanctio.& in.c.ſeq.inci.idem maie
ſtas. & vide aliud.c.incip. dudum iam. vbi ꝙ vbiq;
capiatur & vide per Matth. in.d. conſtit. pacis
cultũ.ii.gl.alle.c.reg.inci.de iuris cẽſura.vbi de
pœna ſuſpendi furcarum contra alios vero fures
non ita procedit.ſed iuris ordine ſeruato.vt per
Thom.gram.in.d.conſi.lix.Et no. ꝙ ex ſimpli-
ci confeſſione de furto, ſi aliter non cõſtat, non
poteſt condemnari,vt per Angel.in glo. veſtem
cœleſtem, verſicu. quid ſi quis confiteatur.Par.
in.d.trac.in verbo cõfeſſio. Auguſt.poſt Angel.
vbi ſupra.& in glo.fama publica. Deci.in.c.di-
lecti.in princ.de iudi. Mar.in.l.prima.in princi.
iiii.colum.ff.de queſtio.& in practi.in.§.poſtq̃.
& conſilio. viii. conſil.xxxv. conſil.xl. conſil.
xlix.conſil.liii.conſilio.lxxvi. & conſil.cxxx.
Thom. gram. in conſil.xxxvii. & in conſil.lx.
Pœna autem furti tradit per Bal.& Salyc.in auc.
ſed nouo iure.C. de ſer. fugi. & Angel. in dicta
glo.veſtem celeſtem.Gandi.& Bel.vbi ſupra.&
Iaſ.in.l.prima.C.de precib.imper.offeren.In re
gno vero extãt.c.incip.ad l.ec. de fur. vbi pro
i.furto.fuſtigatur, auris amputatur, bullatur in
frõte & bannitur a prouincia, ſi res furata non
excedat auguſtalem.i.valorem quindecim aqui
larum,vt per Matthe. in conſtitut. quicunq; mu
lierem.ii. nota. Surripiens vero rem valentem
vltra auguſtalem infra vnciam manus ei ampu
tatur ſupra vnciam vel in vnc a furca ſuſpendi
tur,& nobilis decapitatur eodem modo in rapi
na.vt in.c.incip.placuit de conſilio.& vide glo.
in.d.c.ad hec.& ibi p eam. An locum habeat in
crimine expilate hereditatis.& an pro pluribus
minimis furtis imponatur pœna capitis? ꝙ ſic,
vt ibi p gloſ. & per Iaſ.in.d.§. ex maleficiis. &
Andr.in conſtit. ſuper inciſionibus.vbi Matthe.
ꝙ pro furto trium gallinarum ſuſpenditur.vt p
eos & no.ꝙ licet fuſtigetur tamen non poteſt li
berari,niſi reſtituat rem furatã vt plene p Ioan.
de arno.in capi.xxxi.incip.Carolus v.Et an iu
dex pro paruo furto poſſit penã mortis tempe-
rare?dic ꝙ ſic vt per Ioan. de arno. in dialogo.
xxxviii.poſt Roma.conſi.ccccxxix.quod not.
pro.d.cap.ad hec.Et an ſit ſublatum.d.capi.per
aliud cap.regni incip.tormentis arguit Arno.in
commenta.cxxxiii. ꝙ ſic.cętera in materia dic
vt per docto. maxime criminaliſtas in locis ſu-
97 pra allegatis vide per eos. ¶ †Decimuſnonus
caſus eſt,in ſeditioſis & concitantibus ſeditionẽ
in patriam.nam ſi quis conuincatur, aut confi-
teatur & condemnetur non appellat,vt dicitur
in.d.l. conſtitutiones. iſte enim dicitur dux fa-
ctionis,vt per Andream in capitulo primo.§. ſi
voluerit.de cap.qui curiam vendidit. qui nõ ap
pellat vt ſtatim dicetur. & per Bar.& Ang.in.d.
l.conſtitutiones.Alex.poſt Bar.in.d.l.ſi quis a fi
lio.§.hi autem.ff.de iup.teſt.& in.l.pitonius.§.
rei perduellionis.ff.de acqui. heredi. Archid. &
Io.and.in cap.felicis.de penis.in.vi.tamen Bar.
in.l.prima.ff.de offic.eius.& Alex.in.d.§.hi aũt.
Mar.de lau.in tra.crim.lęſę maie.§.vii.& Nico-
la.boer.in tra.de ſedi.vii.preſuppo. dicunt ꝙ li-
cet nõ recipiatur appellatio,tñ differt executio,
& reſcribit ad ſuperiorem. ſed qui dicãtur ſedi-

tio.i dic per Bar.in.d.l. conſtitutiones. & in.l.
capitalium.§.ſolent.ff.de pen. & in.l.ſi quis ali-
quid.§.auctores.ff.eo. & in.l.tertia.§. qui ſedi-
tionem.ff.de re milit. & in.l.i.C. de ſeditio. &
ibi per Saly. & in.l.ii.C.eo.Boni. autem in tra.
ma.in tit.de ſeditio.Dicit illum committere ſe-
ditionem qui ſeditionem aut proditionem tra
ctat de aliqua ciuitate,vel caſtro, habendo,vel
dando cauſa faciendi guerram, contra publicã
vtilitatem,vel tractat facere nouitatem in ciui
tate,vel contra publicum ſtatum ciuitatis, vel
tractat ſe fieri dominum terrę,vel loci alterius
ad tumultum populi.vel ſimilia contra publicã
vtilitatem.d.l.i.&.ii.C.de ſeditio.vel tractat p
ditionem de terra:& dare eam inimicis.l. pro-
ditores.C.de re mili.l.pen.ff.ad l.Iul.Mag. Lu-
doui.vero montaltus in ſuo tracta. de reproba
tione ſententiæ pilati.in prin.ii.articu.dicit ſe-
ditionem fore quandam concitationem popu-
li,ad aliquid illicitum perpetrandum, etiam ꝙ
non fiat directe contra patriam, ſeu rempubli-
cam.l.iii.§.qui ſeditionem.vbi gloſ.ff. de re mi-
litari.Quid ſit ſeditio:& quis dicatur ſeditioſus.
plene dic vt per Nicolaum boer.in dicto tracta
tu de ſeditio. ſecundo preſuppo. & ibi plene p
eum.de tali materia plene tradit Capi.in deciſ.
ſacri conſil.cxxx.vbi etiam ꝙ non tenetur hoc
crimine,qui facit ſeditionem contra principem
ob inimicitias,vel ſe defendendo, & ibi ꝙ pro
ſeditione vnius ciuitatis non poteſt cognoſcere
iudex alterius.Sed ibi remitti debet.vt per An-
ge.in auct.de mand.princ.§.fi. & ibi ꝙ ex offi-
cio procedi poteſt.& qualiter & quando con-
trahatur dic per Deci.in conſi.cclvi.Qui autem
teneantur,& an mulieres crimine ſeditionis? vt
per Ange.in gl.che hai trad.la tua pat.& Ang.
poſt gl.in.l.quiſquis.C.ad.l.iul.maie. Aretin.in
conſi.xxxix.Pau.de ca.in.l.ſi quis id quod.ff.de
iuriſd.om.iud.Nico.boer.in dicto tract. penul.
colum.Tamen ex aliqua modica cauſa excu-
ſantur vt per Oldra.in conſi.cccxci.circa fi. Ni
co.boer.vbi ſupra.Sed qua pena puniantur ſe-
ditioſi,dic ꝙ pena capitis.maxime ſi ad id ten-
dat,quod penam mortis mereatur,& ſi interue
nerit homicidium,vt in.d.l.capitalium.§. ſolē-
ni.&.§.hi quoque.ff.de penis.c. ſeditionarios.
xvi.diſ.&.c.conſpirationum.xi.q.i.&.l.denũ-
ciamus.C.de his qui ad eccleſ.confug.& in.c.i.
§.conuenticulas.de.pa.iur.fir.Montal.in.d.tra.
in.ii.ver.Ana.in.c.cum ex iniuncto.de heretic.
Nicola.boer.in dicto tractatu.ſeptimo preſup-
po.Boni.in dicto tractatu. Dicit puniri iuxta
qualitatem perſonę:aut ꝙ furca ſuſpendantur,
aut ꝙ beſtiis ſubiiciantur:aut deportentur.l. ſi
quis aliquid.§.ſi auctores.ff.de penis.& Bartol.
in dicto.§.ſolent.& per Capi.in dicta deciſio.
cxxx.plene & ibidem dicit Boni. Agentes &
conſentientes,& dantes opem & auxilium ea-
dem pœna punientur.Item ſeditioſus a teſtimo
nio repellitur,vt per Baldũ in capitulo primo.
§.conuenticulas.de pace iuramen.firmã.Inno.
in capitulo cum.i.ii.de re iudic.Montalt. in di-
cto tractatu.ii.articu. Tempera autem predi-
cta,& intellige,vbi hoc animo committendi ſe
ditionem principaliter ſeditionem & tumultũ
fecerit,non autem ſi incidenter:& conſequen-
ter cauſata fuerit ſeditio,& tumultus, puta per
aliquod factum ciuili diſſentione. Et ideo dixit
in hoc Bald.in.l.prima.§.fin.ff. de iuſticia & iu
re.Quod ſi ſtatutum puniret capitaliter turban
tem quietũ ſtatum ciuitatis intelligitur ſi princi
paliter dictam turbationem faceret,non autem
ſi in conſequentiam alterius delicti. & per Ca-
pic.in deciſion.ſacri conſi.cxxx.xiii. ſpeciali..
ita per Thom.gramma.in voto.decimonono.
& plene per Marſilium in.l.prima.§.diuus.ff.de
ſiccariis.& in.l.prima.C.eodem. & in ſingula.
decimoſeptimo.& ſingul. ccxlvii. & Felyn. in
rubrica de treu.& pace.Ange.in.l. ſecunda.C.
de ſeditioſ.Alexand.poſt Bartolum in.l.ſi quis
ingenuam.§.in ciuilibus.ff.de cap. & poſtli.re.
Fely.in.c.fi.de teſt.Nic.boer.in tra. de ſedi.vii.
preſup.Bal.in.l.prima.§.fi.ff.de iuſti.& iu.An-
gel.in.l.motum.§. animaduertendum.ff. quod
me ca.Idem ſi quando contra principem & rē
publicam ſeditio fit,vt non fiat priuata inimici
tia,nam non tenetur tanꝙ ſeditioſus contra rē
publi.l.ſi quis ingenuam.§.in ciuilibus.ff.de ca.
& poſtli.reu.Bald.in cap.i.de offic.dele.Bar.in
l.hoſtes.ff.de capt.& poſtli.reuer.Mar. de lau.
in.d.tra.cri.leſe mai.§.xxi.Nic.boe.i.d.tr. de ſe
di.4.p̃ſup.Itē limita niſi fecerit ſeditionē ad tur
bationē regiminis tirãni.vt p Arc.flor. ĩ ſua ſum.
ii.par.4.tit.c.viii.§.i.Nic.boe.vbi ſupra.v.pre-
ſuppo.& vide dicta in.vii.preſuppo. Quod in-
dicia ad torturam debent precedere:& ꝙ ex of
ficio procedi poteſt & ꝙ iudex alterius ciuita-
tis non poteſt cognoſcere de ſeditione alterius
ciuitatis poſt Cyn.habetur p Bal.& Ang.in.l.ſi
quis alicui.ff.de adulteriis,cætera videas p eun-
dem Nico.in.d.trac.de ſed.vt Mõtal. vbi ſupra
& Mar. de lau. vbi ſupra, & Boni. vbi ſupra.
98 ℭ † Vigeſimus caſus eſt.in duce factionũ,nam
condẽnatus non appellat,vt in.d.l.conſtitutio-
nes.& in.d.l.ſi quis.§.hi autē.vbi doct.ff.de in-
iu.rup.teſt.Dux autē factionis dicit̃ caput pro-

dictionis.ille.n.qui principalis eſt in aliqua pro dictione,ſiue regia,ſiue vniuerſitatis, aut loci,ſi ue particularis perſonę,ad eas offendendas, vt ibi dicit Bar.per.l.quiſquis.C.ad.l.iul.maieſt.fa cit tex.in extrauagan.ad reprimendam.& An ge.in.d.glo.preſente Gayo.iii.& quarta col.Et no.ꝙ iſti caporales factionũ pœna capitis pu niuntur.cæteri vero ad emendã dãni l.tertia.§. qui auctor ſeditionis.ff.de ſicar.& .d. l. conſti tutionis.Bal.in conſi.xxiiii.iiii.vol.Nico.boer. in.d.tra.de ſedi.vii.preſuppo.De proditore ve ro regis,& duce factionis,contra regem quãdo eſt manifeſtus,& notorius,poteſt condemnari abſq; ſententia,& abſq; iuris ordine.vt in.c.reg. incip.nuper apud tranũ & in.c.incip.bona ꝓ ditorum.Quod intellige vt ibi per gloſ. quo ad bona,quæ publicantur abſq; ſua ſublata iuris pe ritorũ dubitatione,vt per And.& Math.in con ſti.contingit interdum.& in conſti.penam co rum.Quoad perſonas autẽ ſi nõ eſt manifeſtus, & notorius,appellat,& defenditur,ut ſupra di ctum eſt,& no.gl.etiã quo ad bona in.d.c.nup apud tranũ.Si autẽ notorius & manifeſtus con demnatur,& non appellat,ſed ſtatim fit execu tio,quia intereſt republicæ ſtatim exequi ſentẽ tiam.d.l.conſtitutionis.Qui autẽ dicantur pro ditores,& ꝙ modis capiantur proditor dic vt p Bar.& Alex.poſt eũ in.l.reſpiciendũ.§.delin quuntur & in.l.ꝓditores.ff.de penis.& p Mat. in conſti.priuilegia.& Bal.in.l.fi.C.de ſum.tri. & fide catho.& in.c.i.quib.mo.feu.ammi.⁊ de penis proditorũ p Bar.in extrau.ad reprimen dã.& Bal.in.l.quiſquis.& Ange.in glo.c.l.c hai trad.la tua patr.p Mar.in.i.conſi.⁊ con.xxxii. Et inter alias pœnas ꝙ non gaudent priuilegio, nec iuris beneficio nec ſtatuti,vt per Bald.in.l.ſi quos.C.de cap.& poſt ſen.Et ideo licet banni tus per ſtatutũ impune occidi poſſit, vt per ita liã,& in regno forniudicatus,vt in conſti.penã eo.Tamẽ non habet locũ,quando ꝓditorię ⁊ ve neno occidit,nã non gaudet beneficio ſtatuti et d.conſti.vt p Ang.in.l.fi.C.de delato.li.x.Cep. in conſi.xxxiiii.incip.ſi vnq̃ col.iii.ver.prete rea.Mar.in rub.ff.de ſicar.& in ſing.xvi.incip. proditores & p Math.in conſti.indãnoxia in fi.Nec gaudent immunitate eccleſiaſtica, ſi ad eam confugit,vt per Fely.poſt Panor.in.c.i.de homi.vbi aliqua vide per Fe.licet gloſ.fina.ibi contra.Et quot modis proditor ręg dicatur fa cere,vide multa ibi per Fel.& per Mar.in.ſing.

81 *An ex ſimplici mandato re non ſecuta teneatur mandans & quid in aſſaſinio.*

82 *Tractatus et ordinatio an puniatur Et qñ.*

83 *Si mandatur committi homicidium in uno loco & in alio ſit perpetratum qui locus apponi debet in libello idem de tempore, & ĩ quo loco puniendus eſſet.*

84 *Vt puniatur de mandato mandatum debet precedere uel in ipſo facto.*

85 *Si delictum non poſſit in eſſe per rerum naturam an mandans excuſetur ut quia impubes mandet ferri falſum teſtimonium uel cecus mandet fieri falſam ſcripturam.*

86 *Si delictum ſui natura non requirit pluralitatem an teneatur mandans ut quia mandet adulterium committi.*

87 *Excuſatur mandans ſi teſtium dicta nõ cõcordent cum rebus ſenſatis ut quia dicant uaſſalum mandaſſe domino uel filium patri.*

88 *Si mandatarius non tenetur an mandans excuſetur.*

89 Si non conſtat de principali delinquente mandans non tenetur.
90 Si mandans potuit per ſe facere & alteri mãdauit an ex mandato teneatur.
91 An ſi ſibi liceat poterit alteri de mandare & quando.
92 Mandans excuſatus ratione officij ut ſi mandet torqueri & abſque dolo & culpa moriatur excuſatur idem ſi mandat occidi condemnatum.
93 Si mandatur ingreſſus poſſeſſionis & in ingreſſu committatur homicidium non tenetur mandans.
94 Si mandatum eſt inualidum quia alteri non nocuit an excuſetur.
95 Si accuſatur q. occidit & probatur de mandato an abſoluatur idem ſi de mandato accuſatur & probet de conſilio et inſtigatione.
96 An ſtatĩ ſecuto delicto teneatur mãdatarius.
97 An ſecuto delicto ſtatim præſumatur contra mandatarium q. fuerit ſecutus mandatum.
98 An mandatarius portans litteras ſecuto delicto teneatur & quid ſi alteri mandet an uterque teneatur.
99 Mandatarius ubi conueniri debet.
100 Mandatarius ſi attentauit & non perfecit an teneatur & quid in aſſaſſino & quando conatus puniatur & attentatum et limita.
101 Mandatarius an poſſit eſſe teſtis contra mãdantem & an faciat indicium.
102 Mandatarius an torqueri poſſit ut oſtendat mandantem.
103 Mandatarius ex quibus cauſis excuſetur & an ratione ſuperioritatis mandantis.
104 Delicta leuia & grauia quæ dicantur.
105 Si mandatario imminet periculum ſi mandatum non exequitur an excuſetur.
106 Si mandatur artifici ut incidat ligna uel alteri ut laboret an excuſetur & quando mandatarius incidens.
107 Exequens ſententiam iniuſtam capitalem an excuſetur ratione ſuperioritatis mandantis idem. ſi iniuſte torqueat an excuſetur nume. 108.
109 An et quando mandatum ſuperioris excuſet.
110 Si princeps mandet officiali aliquem decapitare uel de facto torquere an excuſetur officialis ex mandato ſuperioris.
111 Mandatum ſuperioris iniuſtum et an et quãdo excuſet et quid ſi imminet periculum officiali. nume. 112.
113 Si mandans excuſatur an excuſetur mandatarius.
114 Mandatarius an poteſt petere terminum ad denunciandum mandanti ut eum inſtruat de deſenſionibus et interim ſuperſederi.
115 Si familia inſequitur delinquentem fugientẽ & reſiſtentem an poteſt occidere impune.
116 An delictum mandantis, Et mandatarij ſit unum & idem et an eadem ſit obligatio mãdantis & mãdatarij nume. 117. & an mãdãs & mandatarius in eodem libello accuſari poſſunt. nume. 118. Et ſi procedit ad ſententiam contra mandatarium an neceſſaria ſit citatio mandantis num. 119. & an locus & tempus delicti an mandati apponi debet in libello, nu. 120.
121 An qualitas quæ ineſt mandanti inſit mandatario.
122 Si nobilis mandat ignobili uel econtra an mãdans furca ſuſpenditur uel econtra decapitatur ignobilis ſi mandet nobili.
123 An mandans & mandatarius teneantur eque principaliter ut eadem pœna teneantur.
124 An probationes facte pro mandatario proſint mandanti Et ſententia lata pro mandatario proſit mandanti, nu. 125.
126 An mandans & mandatarius conuenti corã diuerſis iudicibus poſſint petere remitti ad eundem iudicem.
127 Si mandatarius non teneatur an mandans teneri poſſit.
128 De materia conſilij.

129 *Quis dicatur preſtare conſilium & de differentia conſilij & mandati.*

130 *In quo differt conſilium a perſuaſione & inſtigatione.*

131 *An dans conſilium dicatur opem preſtare et includatur ſub ſtatuto de auxilio.*

132 *Quot modis dicatur preſtari conſilium.*

133 *An ſi preſtet conſilium & aſtet maleficio teneatur de conſilio & auxilio.*

134 *An eadem pœna teneatur conſulens & auxilium preſtans et an una pœna confundatur per aliam nu. 135. & quando delicta confundantur quo ad pœnam nu. 136.*

137 *An ſi facta locutione ad aures ſequatur homicidium preſumitur conſilium.*

138 *Quomodo dicatur conſulere.*

139 *Si accuſetur de mandato & conſtet de conſilio uel econtra an puniri poßit de conſilio probato.*

140 *An conſulens ut clericus percutiatur ſit excõmunicatus & an efficiatur irregularis clericus conſulens nu. 141. Et quid ſi conſuluit fieri inſtrumentum bellicũ ex quo mors ſit ſecuta nu. 142. & quid ſi conſuluiſſet rẽ illicitam ex qua ueriſimiliter non eſſet ſecutura & mors & tamen poſtea ſucceßit an ſit irregularis nu. 143. & quid ſi obſtendat tãtam futuram utilitatem nu. 144. & quid ſi ille cui conſulitur in aggreſſu occidatur an ſit irregularis, nu. 145. & limita. ut nume. 146. 147. 148. 151. 152.*

149 *Si clericus mortuo inferat uulnus ĩ loco mortali an ſit irregularis.*

150 *Clericus ratum habens homicidium quod ſuo nomine geſtum non eſt an ſit irregularis.*

153 *Si is cui datum eſt conſilium occidat ex interuallo an conſulens teneatur.*

154 *Si duo habuerunt tractatum de aliquo occidendo & per alterum fuit mors ſecuta an preſumatur ex tractatu.*

155 *Si conſilium non fuit acceptatum uel fuit reuocatum an teneatur & nu. 156.*

157 *Si conſulitur id quod non poteſt expediri niſi per facientem an teneatur.*

158 *An excuſetur conſulens ſi faciens erat alias facturus, quid in dubio & limita num. 159. 160. 161. et quomodo probetur quod erat alias facturus numer. 172. & an iuuet conſulenti & quid in dubio nume. 173. & nume. 174.*

162 *In cõſilio debet probari ordo temporis quia preceßit & delictum fuit ſecutum.*

163 *Conſulens & perſuadens qua pœna puniatur, & an eadem limita ut nume. 164. nume. 165. & nume. 166. & nume. 167. & nume. 168. & num. 169. & nume. 170. & nume. 171. 172. 173. 174.*

175 *Conſilium quod poteſt ſe habere ad bonum & ad malum in dubio interpetratur ad bonum.*

176 *Conſulens an teneatur ad emendam & ſatiſfactionem damni et de quo damno nu. 177.*

178 *Quis dicatur perſuadere & in quo differt a cõſilio et quæ ſit pœna perſuadẽtis n. 179. & de ſollicitante & hortante nu. 180.*

181 *Si inquiritur de mandato, & probatur de inſtigatione an condemnari poßit.*

182 *An aſſentiens delicto, & exiſtens preſens, & potens prohibere, & non prohibet, & qualiter teneatur iure ciuili, & iure canonico.*

183 *An ſubgeſtor teneatur ſicut perſuadens.*

184 *Ex quibus uerbis inducatur ratihabitio, & de materia ratihabitionis.*

185 *An receptando delinquentem, & occidentem nomine receptantis, uel fideiubendo dicatur ratificare delictum, & quid ſi receptet delinquentem meus familiarius, uel conſanguineus præſumatur contra me, & quid ſi dicat ſi ille non feciſſet ego feciſſem, num. 186. 187. & 188.*

189 *Ratihabitio ut inducatur quæ requirantur.*

190 *An adulterium poteſt ratificari.*

191 *Si eſt facta pax pro ſe et complicibus ſi complices ſint offenſi an per ratificationem ſit*

rupta pax.

192 *An ratihabitio æquiparatur mandato in delictis limita, nu. 193. & nu. 194.*

195 *Qua pœna teneatur ratum habens, & an eadem pœna limita numer. 196. & quid quo ad irregularitatem, & limita num. 197. & nume. 198. nu. 199.*

200 *In quo loco conueniri debet ratum habens.*

5 § CIRCA Igitur tertium de homicidio cõmiſſo verbo, & lingua, dicendum eſt.
1 †Quod multipliciter hoc committitur videlicet mandando, inſtigando, & perſuadendo, & ratum habẽdo. Circa primum videndum eſt primo de mandante, deinde demandatario ſigillatim deinde de vtroq; ſimul. Circa primum de mandante, primo dicendum erit de mandante pecunia mediante, deinde de ſimplici mandante. Circa primum & ſic de aſſaſsino primo vidẽdum erit quid ſit aſſaſsinus, & vnde & quare dicitur aſſaſsinus. Secundo quomodo aſſaſsinium contrahatur. Tertio de ſpecialibus in hoc crimine aſſaſsinii. Quarto de pœnis aſſaſsinorum.

2 ℭ †Circa primum: dic quod hoc nomen aſſaſsini de iure communi non erat cognitum, ſed fieri mandans conductor dicebatur, faciens vero locator, vt in. l. non ſolum. §. ſi mandato. ff. de iniuri. non tamen ex conducto actio oriebatur tanq; ex turpi cauſa, vt ibidem, vulgari vero ſermone ambo dicantur aſſaſsini, & hoc iure canonico inuentum, vt in. c. i. de homi. in. vi. ita per Bar. in. d. §. ſi mandato. ver. venio ad cõductorem, & per Bal. in. l. non ideo minus pen.
3 col. C. de accuſa. ℭ †Et dicitur aſſaſsinus qui pecunia mediante mandat occidi. d. c. i. & per Ange. in. l. qui ſepulchra. C. de ſepul. viol. & in. l. i. vbi Alexã. ff. de eo per quem fac. er. & Saly. in d. l. non ideo minus. Bal. & Ang. in. l. hoc edictũ §. hec autem. ff. de inuir. Ang. in conſi. xiiii. Bal. in conſi. lxxxiii. iii. vol. Alex. in conſ. clxvi. vii. volu. Thom. gram. in vo. ix. Ang. in gl. ſempro. mand. in prin. & per Bal. in. l. cicero. ff. de pe. & per Par. in tra. ſindi. in verbo inquiſitio ver. dicit conſti. verſi. an inquiſitione facta, & per Capi. in deciſi. ſac. conſi. clv. iiii. col. verſi. iiii. facit & ver. ad tertiam. Et dicitur aſſaſsinus a ſcindo ſcindis quia ſcindit animam a corpore, ſecundũ Geminia. in. d. c. i. de homi. in. vi. §. cum igitur.

4 ℭ †Circa ſecundum contrahitur aſſaſsiniũ mediante pecunia, & ne dum pecunia mediante cõtrahitur, & per promiſsionem pecunie, ſed etiã aliquo alio dato, vel promiſſo, nam ſufficit promittit pecuniam, vel aliquid aliud vt per Curt. in conſi. xx. iii. car. Thom. gram. in. d. vo. ix. alleg. Ioan. andr. in cap. pen. de cleri. non reſi. & Ang. in. d. conſi. xiiii. & vide per Capi. in deciſi. ſac. conſi. clv. vi. dubita. & in verſic. ad tertiam, & in verſi. ad ſextam, vbi tradit an aſſaſsinium contrahitur per promiſsionem aliarum rerum q; pecunie, & quid ſi non eſt ſoluta pecunia ſed
5 promiſſa vt per eum. ℭ †Et ne dum aliquo dato vel promiſſo, ſed etiã vt alteri complaceat aliquo non dato, vel promiſſo, vt per Tho. gra. in. d. vo. ix. Io. and. & Ange. vbi ſupra, & Alex. in. l. i. ff. de eo per quem fa. er. vbi de hac materia, quod tamen forte procederet ſub ſpe conſequendi beneficium ex tali complicẽtia, vt quia complaceat ei qui veriſimiliter eſſet ipſum remuneratus alias ſemper diceretur committi aſſaſsinium cum nemo pro altero delinquat niſi vt complaceat alteri & ſic mandator ſemper teneretur de aſſaſsinio & delicto qualificato &
6 non ſimplici mandato. ℭ †Item contrahitur aſſaſsinium vbi interuenit conuentio inter mãdantem & mandatarium vt quia mandans promittat & mandatarius acceptet promiſsionem, & delictum, alias ex ſimplici oblatione & pollicitatione abſq; acceptatione non dicitur committi & contrahi aſſaſsinium vt per Bald. in. d. conſi. lxxxiii. aut. lxxxi. incip. Berhonus de cono. iii. vol. & refert & ſequitur Thom. gram. in vo. xi. allegat etiam conſi. Franc. de albergo. incip. in dei nomine amen q; ciccus fante. quod refert Fely. in. c. inquiſitionis. iii. limita. de accuſ. & per Capi. in deciſi. ſacri. conſ. clv. iii. dubita. Par. tamen deput. ſentit contrarium in tract. ſindi. in verbo barattaria. i. ver. vbi idem dicit in barat-
7 taria. ℭ †Circa tertium in hoc crimine multa
8 conſiderantur ſpecialia ℭ †Et primo licet alias attentatum in aliis delictis non puniatur ſicut cõſumatum vt ſupra ſuo loco fuit dictum, tamen in crimine aſſaſsinii ita punitur attẽtatum ſicut conſumatum & perfectum vt no. in. c. i. de homi. in. vi. cuius verba refert Alexan. in. d. conſi. clxvi. vii. vol. Bal. & Ang. in. l. i. §. hec verba. ff. quod quiſ. iur. Ang. in. d. conſi. xiiii. & in. l. item apud Labeonem. §. ſi curauerit. ff. de in iur. Ioã. and. in mercu. in reg. in pœnis de reg. iur. in. vi. Math. in conſti. ſi quis aliquem. x. q. & in conſti. aſperitatem & in conſtit. mala noxia. Marſi. in pract. in. §. examinanda & in. §. diligenter & in l. vnius. §. cogniturum. ff. de quæſtio. & in. l. i. C. de rap. vir. nu. ccxlvi. in conſi. cv. & per Cor. in conſi. cxlix. i. vol. & plene per Thom. gra. in. d.

vo.ix.& in vo.viii.& ſupra fuit dictum in mã datario aſſaſsino in materia attentati in quibus locis maxime per Tho.gra.in dictis votis diſtin guitur. Quod aut queris in mandante,& tunc ēt ſi fuit deuentum ad actum proximum non tamen conſumatum,tamen pœna poteſt minui, ⁊ non punitur ſicut ſi fuiſſet conſumatum hoc di cit Tho.gra.in.d.vo.ix.in addi. Vbi declarat & facit differentiam inter mandantem & mandatarium, Aut queris in mandatario & tunc ſi deuenit ad actum proximum admenando & percutiendo licet non occidat punitur pœna mortis vt per multa proſequitur Tho.gra.in.d.vo. ix.quod loquitur in mandatario. Sed tamen hec diſtinctio non videtur vera nam & in mandante ſi mandatarius deuenit ad actum proximum punitur ac ſi occidiſſet ita loquitur.d.c.i.de homi.in.vi.& Mar.in.d.conſi.cv.immo.glo.ibi in d.c.i.dicit.Quod etiam ſi non fuiſſet deuentum ad actum proximum ſed mandans re integra reuocaſſe mandatum punitur mandans,nec prodeſt reuocatio cum ſemel mandatum acceptaſſet,& per Boni.quid ſit accuſatio.xxiii.colum. vbi de attentante & non perficiente. Et an quis repetere poſſet pecuniam vt per eum, & ideo in mandante foret diſtinguendum, ꝙ aut mandatum ſtetit in mera cogitatione mandantis & tunc non punitur pœna aliqua.l. qua mente.ff. de fur.& glo.in.d.c.i.in ver. mandauerit & ibi Gemi.& Thom.gra.in.d.vo.ix. Aut fuit proceſſum vltra cogitationem ad mandatum & mandatarius acceptauit mandatum,& tunc aut nõ fuit vltra proceſſum ad aliquem actum ſed remanſit mandatum re integra,& tunc ſiue fuerit reuocatum ſiue non & tunc licet gloſ. in.d.c.i. dixerit puniri eadem pœna, tamen indiſtincte contrarium tenetur ꝙ non eadem pœna ſed minori & ita votauit Thom.gra.in.d.vo. viii. vbi mandatum fuit detectum nec deuentum ad aliquem actum & tamen fuit condemnatus ad pęnam pecuniariam allegat.Dy.& Ange. in.d.itē apud labeonem.§.ſi curauerit.ff.de iniur. ⁊ Ange.in.d.conſi.xiiii.& Amod.inſti.in trac. ſindi. verſi.item in eo ꝙ dicti ſocii milites & Gand.in rub.de homi.iiii.col. verſi.ſed pone ꝙ ego dedi. & Augu.poſt Ang.in gl.ſempro.mand.& Areti.in conſi.clxv.& vide per Mar.in. d.cõſil.cv. vbi damnat allegatam gl.& in.l.i.ante pen.co. C.de rap. vir. Aut fuit deuentũ ad actum proximum vt quia admenauit & percuſsit, licet non occiderit & tunc tex.in.d.c.i. dicit puniri ac ſi occidiſſet & Bal.& Ang.in.d.l.i.§.hec verba,⁊ in.l.i.C.de ſepul.vio. Ang.tamen in.d. cõſ.xiiii.

& in.d.§.ſi curauerit,dicit iudicē bene facere ſi cõmutet pœnam licet deueniendo ad actũ proximum deberet decapitari per.d.c.i.& ita concludit Tho.gra.in.d.vo.viii.in fi.& in.d.vo.ix. in fi.Gand.vero.in.d.ver. ſed pone non loquitur ſi fuit deuentum ad actum proximum vide per Capi.in deciſi.ſacri conſi.clv. in reſpõſione ad ſecundam dubitationem,& in ver. ad quartam an habeat locum penitētia,& in quibus caſibus non habet locum & quando delicto nõ cõſumato punitur & qua pœna. In mandatario vero etiam diſtinguitur,nam aut mandatum ſtetit integrum nec fuit proceſſum per mandatarium & tunc punitur pęna pecuniaria ſicut mã dans vt per Mar.in.d.conſi.cv.in fi. & per Capi.in deciſ.clv.i.col.ii.dubi. aut fuit proceſſum ad actum proximum admenando aut vulnerã do & tunc pœna capitis puniri debet ⁊ ad mortem propter atrocitatem criminis, & ita tenet Bal.⁊ Ang.in.d.§.hec verba & Ang.in gl.ex interuallo & Math.in locis ſupra maxime in conſti.aſperitatem Bar.& Alex.in.d.l.cicero.ff. de pe.& ita concludit & votauit Tho.gr. in.d.vo. ix.& in fi.dicti voti declarat & diſtinguit inter mandantem & mandatarium & ita in hoc reſidetur per doct.in hac materia quo ad pœnam, & licet diſpoſitio.c.i.de homi.in.vi.loquatur in mãdante tamen propter immanitatem ſceleris extenditur ad mandatarium vt per Ang.in glo. ſempro.mand.& Ang.in.l.i.C.de ſepul.viol.& Par.in tra.ſind.in verbo inquiſitio ver.dicit conſti.& Tho.gra.in fi.d.vo.ix.& ita nouiter reperio traditum per Cap.in deciſ.ſac.conſi.clv. vbi an comprehendat mandatarium facientē & de cauſa diſpoſitionis.d.c.i.& per eum vide multas interpretationes ad.d.c.& vide in.iii.col.an habeat locum in faciēte poſt Bar.in.l.cicero.ff. de pe.ꝙ ſic & per Saly.in.d.l. nõ ideo minus vlti.col.& Ang.in.d.conſ.xiiii.Item aſſaſsinus eſt diffidatus a toto populo chriſtiano intantum ꝙ

9 nõ ſolum a iudice poteſt offendi. ℭ†Et occidi ſed a parte & alio quocunq; cũ contra diffidatum a lege poteſt bellum indici.l.reos,⁊ ibi Cy. C.de accuſ.& ibi in.vi.q.in aſſaſsino tanq̃ a lege diffidato qui occidi poteſt,ita declarat illud verbum diffidatus Ang.in.d.conſ.xiiii.⁊ Gemi. in.d.c.i.de homici.in.vi.& Cur.in.d.conſi. xx. xviii.col.Alex.poſt Bart.in.l.i.§. transfugas.ff. de ſica.& in conſi.clxvi.in prin.vii.volu.Marſi.in practica in.§.examinanda & in dicta.l.i.§. cognitorum. ff. de quæſtionibus & in.l.i.C. de rapt.vir.& in practica in.§.diligenter Math. in conſti.terminum vite.xxiii.fall.Panormitanus

in.c.at ſi clerici de iudi.Thom.gram.in.d.voto viii.in prin.& in.d.voto.ix.in prin.et per Steffa.aufr.in tract.de poteſta. ſecul. contra eccleſ. pers.i.reg.fallen.xviii.quem ponit in.c.i. de of ſi.ordi.Vbi extendit etiam offendendo non teneri in foro conſcientiæ dummodo zelo iuſtitiæ faceret allegat fratrem Ang.in ſum. in ver.

10 aſſaſsinus. ℂ † Item aſſaſsinus ammittit omne priuilegium etiam clericale in tantum ꝙ clericus aſſaſsinus cognoſcitur & punitur per laicū per.d.c.i.& ibi Gemi. poſt Lapum & Par. in.d. ver.inquiſitio ver.dicit conſti.ver.an in inquiſitione facta cum aſſaſsino.Thom.gram.in dicto vo.viii.& Steffa.in.d.tra.xviii.fal.Cur.in.d. cō

11 ſi.xx.Thom.gram.in vo.xi. ℂ † Quod intelligas conſtito de qualitate aſſaſsinii per probabilia argumenta, vt dicitur in.d.c.i. & non ſtatim quod accuſatur, aut inquiritur de aſſaſsinio ſtatim eſt procedendum, vt contra aſſaſsinum, cū nō ſtatim quod accuſatur de aſſaſsinio efficitur aſſaſsinus, vt pene & proceſſus aſſaſsinatus locum habeant & clericus aut alius ſtatim amittat priuilegium ſed conuinci debet per probationes de quibus in.d.c.i. & etiam pronunciari illum eſſe aſſaſsinum, licet non requiratur pronunciatio & declaratio, ꝙ incurrerit in pœnas aſſaſsinatus, vt per Archi.Ioan.and. & alios cō muniter in.d.c.i.& Alex.in conſi.clxvi.vii.vo. in fi.& Steffa.in.d. fallen. xviii.cum ipſo facto ꝙ conſtitum eſt per probabilia argumenta, & declaratus eſt aſſaſsinus ipſo facto incurrit in pœnas aſſaſsinii, & optime tradit Capi. in deciſio.ſacri conſi.cxii.plene. Vbi an iudex ſecularis punire poſsit, & an requiratur declaratoria, & an ſententia condemnatoria & quando, vbi ꝙ declaratoria tantum vt ſupra & non condēnatoria & ꝙ per iudicem laicum & vide etiam per eundem Capi.in deciſi.clv.pen.col. Cur.tamen in.d conſil.xx.colū.xviii. ver.omitto poſtremo.Dicit ante ſentētiam declaratoriam aſſaſsini occidi poſſunt. Tamen communiter tenetur contrarium, ꝙ requiritur declaratoria & non condemnatoria. Idem in crimine læſæ maieſta.& aliis delictis, in quibus ipſo iure incidūt in pœnam vt per Capi.in deciſi.cxxii.& in de-

12 ciſ.clxii. ℂ † Facit nam non ſtatim habetur pro tali, & dicitur talis, vt accuſatur, niſi pronuncietur talis. Vt in.c.fi.in fi.xv.diſt.in.c. nonne. viii. q.iiii.vt per ſpecula.in titu. de inſtrumen.edi §. reſtat ver. quid ſi tabellio ver. quid ſi cōſertum & in titu.de aduoca.§.ſequitur in prin.cum ceteris vt per Mar.in.§. poſtꝗ & in.§. diligenter in pra.& conſi.lii.& conſi.liiii.& conſi.lxxvii. & conſi.lxxxii.& conſi.xciiii.& in rub. ff.ad.l. cor.de falſ.Ancha.in conſi.cxli.Tho.gra.in volu.iii.& in vol.xxxiiii.in quibus etiam non ſtatim ꝙ accuſatur de crimine læſæ maieſta. proceditur tanꝗ contra committentem crimen læſæ maieſta. Et ideo debet pronunciari, et probari qualitas, vt ammittat priuilegium & ſit aſſaſ-

13 ſinus. ℂ † Facit, nam qualitas quæ defert iuriſdictionē ante omnia debet diſcuti & probari plene, & concludenter, vt per docto.in.l.ii.§.ſed ſi dubitatur.ff.de iudi. & in.l.ſi quis ex aliena eo. titu.Panor.& alii in.c.ſi clericus laicum de foro comp.Mathe.in conſti. capitaneorum & in deciſi.cxcvii.Bal.in.l. præſcriptione.C. ſi contra ius vel vtili publi.Debet ergo iſta qualitas aſſaſſinii deferens iuriſdictionem laico probari, nam vbi a lege vel ſtatuto diſponitur aliquid cū certa qualitate, qualitas illa eſt probanda.l.prætor. §.docere.ff.vi bono.rapto.l.i.§. ait prætor vbi Bar.ff.ne qui.in flumi.publ.Deci.in conſi.xiii.ii. col.& in.c.ii.de reſcrip. Alias qualitate nō probata, non dicitur legitima probatio vt per Cy. poſt Iaco.de are.in.l.ii.C.de proba.Ioā.andr.in ſpecula.in titu.de accuſa.& inquiſi.gl.in.l.cum actum.ff.de nego.geſt. Bart.in.l. denunciaſſe.§. quid tamen.ff.de adulte.Bal.in.l.i.C. qui accuſ.

14 po.et in repe.l.edita actio.C.de eden. ℂ † Et in ſpecie ꝙ qualitas iſta aſſaſsinii eſt probanda vt deferat laico iuriſdictionem per Ioan. andr.& Gemi.in.d.c.i. de homicidio in.vi. & per Cap. in deciſi.cxii.Quod debet probari & declarari, & debet concludenter probari vt ibi per probabilia argumenta, quæ argumenta probabilia intelliguntur & declarantur indicia indubitata & ita declarat Felyn.in.c.afferte.iii. limita, de præſump.& Thom.gram.in.d.vo.xi.circa finē allegat Panor.in.c.at ſi clerici.xiii. col. de iudi.

15 ℂ † Nec tamē ſufficit ſimpliciter probari mandatum & aſſaſsinium per talia argumenta, immo nec etiam per confeſsionem aſſaſsini niſi etiam probetur qualitas deducta, in dicto capitulo primo, videlicet quod occiſus fuerit chriſtianus, alias non habebunt locum pene in.d.c. i.nam introducta fuit diſpoſitio illius capitulo primo, pro occiſione chriſtianorum, vnde niſi illa qualitas quod fuerit chriſtianus probetur etiam ſi confiteatur ſimpliciter ſe occidiſſe per aſſaſsinium aut conſtet per probationes de ſimplici aſſaſsinio abſꝗ qualitate quod fuerit chriſtianus nō habent locum dicte pene.d.c.i.Et ita dicit Io.and.ibi defendiſſe quendam accuſatum & inculpatum de aſſaſsinio, cum non probatur ꝙ fuerat chriſtianus occiſus ſequitur Bal.in.l. ſi

quis

quis non dicam rapere.C.de epiſ.& cleri.& ſe-
cuntur doc.in.d.c.i.& Alexã.in.d.conſi.clxvi.
vn.vol.in fin.& Anch.in.c.i.ix.no.& per alios
doc.per Mar.in pra.in.§.quoniam ver.redeun-
do modo & in rub.C.de proba.car.xxiii. circa
fi.vet.Itẽ ꝙ vltra prędicta ꝙ qualitas vbi mul-
ta de qualitate probanda,& per Iaſ.in.l.pen.§.
docere.ff.ne quis eum qui in ius vo.per Fely.in
c.inquiſitionis in prin.ii.col.de accuſa.& plene
Ioan.de arno.in cau.xxv.Etiam per Mathe. in
conſti.ſi damna clandeſtina.xv.no.& ibi p eũ.
Quid in dubio an præſumatur occiſus chriſtia-
nus,an paganus, vel iudeus concludit ꝙ Chri-
ſtianus per gl.in.c. presbiteri.vt ibi per eum.
Quia probatione facta de dicto aſſaſsinio abſqꝫ
aliqua alia declaratiõe ipſo facto incurritur ad
pœnas.d.c.i.dummodo declaret probatũ fuiſſe
aſſaſsiniũ,vt per Alex.in.d.cõſi.clxvi. Quia pro
batione facta iudex laicus procedere poteſt &
punire clericum aſſaſsinum abſqꝫ alia degrada-
tione cũ a lege fuerit degradatus vt dicunt doc.
in.d.c.i.& per Tho.gra.in vo.xi. & in vo. ix.ꝛ
in vo.viii.in quibus clerici fuerunt puniti de aſ-
ſaſsinio per magnam curiam & ſic per ſecularẽ
& per Cap.in.d.deciſi.cxii.ꝛ an requiratur de-
gradatio & Steffa.in.d.tra.in.d.reg.i.xviii.fall.
& Par.vbi ſupra & Gemi.in.d.c.i.in fi. per illũ
tex.Mar.in.l.i.in prin.ver.redeundo ad tex.ff.
de ſicar.& in.l.i.ver.modo no.ex iſto tex.C.de
rap.virg.& in pra.in.§.examinanda & in.§. di
ligenter & in.l.vnius.§.cogniturum.ff. de quæ-
ſtionibus Ange.in gl.& caput a ſpatulis,ꝛ doc.
in.d.c.at ſi clerici de iudi.ꝛ in.c. cum non ab ho
mine eo.tit. Intellige tamen de verbali degra-
datione non actuali,nam vt puniatur corpora-
liter per laicum requiritur actualis degradatio,
non tamen requiritur incorrigibilitas, vt requi
ritur in.d.c.cum non ab homine &.d.c.at ſi cle
rici & Ang.in.d.gl.ꝛ caput.a ſpatu.vi.col. ver.
quid autem ſi eſt clericus qui commiſit & p Ga-
pi.in.d.deciſi.cxii an requiratur incorrigibili-
16 tas.❡†Et ſic aliud ſequitur ſpeciale in hoc cri
mine ꝙ licet in aliis delictis requiratur degrada
tio vt.d.c.cũ non ab homine,in crimine tamen
17 aſſaſsinii non requiritur.❡†Eſt & aliud ſpecia
le ꝙ licet alias in criminibus requirantur plene
probationes & clare.l.fi.C.de probat.tamen in
aſſaſsinio ſufficiunt indicia & argumenta pro-
18 babilia.d.c.i.❡†Et ſic licet p idicia indubitata
non poteſt deueniri ad corporalem condemna
tionem vt traditur in.d.l.fin.& in.c. aſſerte. de
præſump.Ange.in glo.fama pub.& in glo. cõ-
pa.inquiſi.& to.neg.& Gand.in rubr. de indici.
indubitata ad conde.& Bru.in tract.de ind.ꝛ tor-
in prima par.& Marſi.in pract. in.§. quoniam.
Tamen fallit in crimine aſſaſsinii, in quo condẽ
natur corporaliter per talia indicia,& probabi
lia argumenta.Marſi.in pract.in.§. examinan-
da & in.l.i.C.de rap.vir.& in.d.§. cogniturum
& in conſi.cxxvii.& in prac.in.§. diligenter ꝛ
Par.vbi ſupra & Tho.gra. in.d.vo.viii.vo.ix.
19 & vo.xi.❡†Immo plus dixit Mar.in.d.§.exa
minanda,quod licet teſtes de auditu non faciãt
indicium tamen in hoc crimine aſſaſsinatus fa-
ciunt indicium ad torturam,ex quo dictum ta-
lium teſtium facit coniecturam & præſumptio
nem,ſed talis probatio per coniecturam ſufficit
vt.d.c.i.ergo faciunt indicium vt ibi per eum,
tamen verba Thom.gram.in.d.vo.xi.maxime
in fin.videtur contrariari nam intelligit.d.ca.i.
de probabilibus argumentis.i.de indiciis indubi
tatis,quod non operatur coniectura, niſi dixe-
ris illud procedit ad condemnandum ſed dictũ
Mar.ad torquendum tamen periculoſum eſt ob
ſeruare aliis non concurrentibus.
20 ❡†Item eſt aliud ſpeciale nam licet teſtes non
probent lite non conteſtata.c. quoniam frequẽ
ter,vt lite non conteſta.& etiam non probant
parte non citata ad videndum iuramenta te-
ſtium.l.ſi quando.C.de teſti.l. de vnoquoqꝫ.ff.
de re iudica.tamen fallit in crimine aſſaſsinii in
quo lite non conteſtata poſſunt examinari, &
etiam recipi parte non citata,& fidem faciunt,
& plene probant vt per Archi.in.d.c.i. & ibi p
Gemi.& Fely.Fran.in.§.fi.& per Fely. in. d.c.
quoniam frequenter Marſi. in dicto.§. diligen-
ter,& in dicta.l. de vnoquoqꝫ in.l.caſu.Felyn.
tamen in dicto capitulo in nomine domini.v.li
mi.de teſti.& Thom.gram.in vo.xi.Tenent op
poſitum,quod non probant, contrarius tamen
Thom.gram.in conſilio quadrageſimo, quod
21 probant,facit quod probant. ❡†Nam crimen
aſſaſsinii equiparatur crimine læſæ maieſtatis
ex quo atrox eſt crimen,& graue Marſi.in con
22 ſilio.xix.& Thom.gram.in voto.ix. ❡†Sed
in crimine leſe maieſta.humanæ, & diuinæ te-
ſtes taliter recepti probant,vt proſequitur Mar
ſi.in.d.l.de vnoquoqꝫ, & Ludo. in ſingularibus
ſuis,& Fely.in.d.c.quoniam,& Capic.in deciſ.
ſacri conſi.cxxvii.ergo,& in hoc crimine aſſaſ
23 ſinii. ❡†Item in hoc crimine procedi poteſt
ex officio mero,vt Hoſtien.Ioan.an. ꝛ Lapus
in.d.c.i.& Pari.vbi ſupra ver.dicit conſtitutio.
24 ver.an inquiſitione. ❡†Item procedi poteſt
contra aſſaſsinos de facto, & ex abrupto iuris
ordine non ſeruato,vt per doct.in.d.c.i.Bar.in

d.§.ſi mandato.Par. vbi ſupra, & in verbo la-
tro,& in verbo confeſſio.ver.an poteſtas. In-
tellige tamen,vt non tollatur ius aſſaſſini, vt p
25 Par.in.d.ver.latro.circa prin. ¶ † Item in cri-
mine aſſaſſinii punitur ex delicto aſſaſſini text.
cum glo.& Ang.in.l.i.§.fi.ff.de eo per quē iact.
erit.Bolo.in conſ.viii.poſt Ana.Mar.in.l. is qui
26 cum telo.C.de ſicar. ¶ † Item pœna ex tali de
licto augetur,vt per Bar.in.d.§. ſi mandato. &
in.l.cicero.ff.de pe.& vtrobiq; per Alexá.poſt
Bar.& per Mathe.in conſti.ſi quis aliquem, &
Tho.gra.in.d.voto.ix.& voto.viii. vbi de præ
dictis,& per Par.vbi ſupra,& Mar.in.d.§. con-
gniturum.in.d.§.examinanda, & in.d.l.i.C.de
27 rap.vir.& in.d.§.diligenter. ¶ † Item manda-
tarius aſſaſsinus torqueri poteſt abſq; aliis præ-
cedentibus indiciis,vt indicet mandantem, vt
per Bal.in.l.non ideo minus.i.col.C.de accuſa.
& Alex.poſt Bar.in.l.repeti.ff.de quæſtio.Mar.
in.d.§.diligenter. ver. modo incidēter.& in.d.
l.is qui cum telo.ver.pro quibus facit. Ange.in
glo.ſempro.mand.ver.& bene no.& in glo. fa
ma publi.ver.quero aliquis.Ange.in.l. & ſi cer
tus.ff.ad ſillei.Bel.in pra.in tit.de queſtio.xi. co
lum.Tho.gram. vero in dicto voto. xxxiiii.in
prin.Dicit aliis concurrentibus ſtari dicto man
datarii,nam ſola eius aſſertio ſufficit, immo in
fi.dicit tunc ſtari dicto mandatarii, & ſocii cri-
minis eiuſdem,ſi alias non ſit infamis ex alio de
28 licto,vt ibidem. ¶ † Item in generali abolitio-
ne per principem aut ſtatutum facta non com-
prehenditur crimen aſſaſsinii,per ea quæ plene
tradit Mar.in.d.§.diligenter. & in.d.§. exami-
29 nanda,& in.d.l.i.C.de rap.vir. ¶ † Item licet
alias quis non poſsit renunciare ſuis defenſioni
bus,vt plene per Par.in.d.verb.confeſsio. ver.
an ptans,& ver.condemnatio. Marſi. plene in
d.§.examinanda,& in.d.§ diligēter, & in.d.§.
cogniturū.§. vltima queſtio.in pra. Tamen fal-
lit in aſſaſsinio ꝙ poteſt renunciare ſui: defen-
ſionibus,tanq; hoſtis publicus,& diffidatus a le
ge,& de facto contra eum proceditur, ita per
Par.in.d.ver.an poteſtas qui miſit ad ſuppliciū
ver.& ideo dicto ꝙ aſſaſsinus,& Mar. in.d.lo-
30 cis ſupra,& in.l.i.§.fi.ff.de quæſtio. ¶ † Item
aſſaſsinus cogitur reſtituere pecuniam quam ac
cepit,immo etiam heres lite non conteſtata per
aſſaſsinum Bal.in.l.prima.§ fi.ff.de eo per quē
fact.er.& ibi per Ang.& Alex.& per Par. in.d.
ver.d.cit conſti.verſi.an inquiſitio.Mar.in.d.§.
examinanda.glo.in.l.in heredem.ff.de calum-
niatoribus. Et intellige,vt reſtituatur heredi of-
fenſi aut occiſi per aſſaſsinium,vt per Alexá.in

d.l.i §.i.ff.de eo per quem fa. Nam quo ad com
mittentem,licet dicatur turpiter facere, non ta
men turpiter accipit reſpectu promittētis text.
Ang.& alii in.l.idem,& ſi ob ſtuprum,et ibi gl.
§.ſed ꝙ meretrici.ver.noua.ff.de condi.ob tur.
cau. Non tamen valet promiſsio de ſoluendo
pœnam pro delicto.l.ſi a reo.§.fi.& ibi Bart.ff.
de fideic.dic tamen,vt per Pau.& Alexá.in.l.ſi
31 plagii.in.l.impoſsibilis.ff.de ver.obli. ¶ † Item
licet foriudicatus ī regno impune occidi poſsit
per conſti.pœnam eorum,tamen nō poteſt oc-
cidi mediante pecunia,per aſſaſsinium ideo oc-
cidens punitur,vt dixit Math.in.d.conſti.pœná
eorum.ii.no.i.q.non tamen aduertit ad doctri.
Bal.in.l.grachus.ver.no.iſtum tex.ad talē quæ
ſtionem.ff.de adulter.vbi cōtrarium tenuit,vbi
dixit per illum tex.Quod ſi ſtatuto bannitus oc
cidi poteſt ab eius inimico, & non alio, & ab il
lo qui facit eum banniri ꝙ poteſt per aſſaſsiniū
illū occidere,& aſſaſsinus non punitur, nam ſi
licet in perſona mandantis,licet etiam in perſo
na mandatarii,vt per Ange.in glo. che hai adul
te la mia don.ver.quid ſi pater.vide quę haben
tur per Alex.poſt Bar.in.d.l.grachus, & Ioan.
de fir.in ſuo reper.in ver.aſſaſsinus.Ita dicit cō-
ſuluiſſe in cauſa illius de ſeruilia licet aſſaſsini p
32 doc.Bal. ¶ † Item vbiq; aſſaſsinus puniri pōt,
& contra eum procedi cum omne priuilegium
amiſerit.d.c.i.de homi.in.vi.dic tamen & vide
Alex.in.d.conſi. clxvi.vii.volu.per totum, &
in hoc crimine ſe conferunt tradita per Mar. in
d.§.diligenter, & in.§.examinanda, & in.d.§.
cogniturum,& in.d.l.i.C.de rap.virg. Vbi po-
nit ſpecialia ratione atrocitatis,& immanitatis
delicti,vt etiam locum habeant in hoc crimine
ꝙ vide tredecim pœnas,& ſpecialia in hoc cri
mine,vt per Capi.in.d.deciſi.ſac.conſi.clv. vbi
de his & aliis maxime ꝙ in hoc crimine non ap
pelletur.De aliis colligitur ex præmiſsis, vt ſu-
pra,& per eum,& ꝙ ſecularis iudex poſsit cle-
ricum torquere & nota. in hoc crimine vnum
quod ſingulariter tradit Bal.in.c.i.§. iniuria. de
pace iura.fir.& Cep.in trac.caut.caute.xxxix.
incip.vidimus per plures caſus,& Tho.gram.in
volu.xi.Quod ſi is in cuius perſonam fuit man-
datum homicidium committi per aſſaſsinium,
fuit ab alio inimico ratiōe odii occiſus,tale mā-
datum,& aſſaſsinium non eſt in conſideratione
quod intelligas,vt puniatur pęna ordinaria,ſed
extra ordinem punitur ratione acceptati man-
33 dati,vt ſupra fuit dictum. ¶ † Et not.quod tra-
dit Bal.in conſi.lxxxi.aut.lxxxiii.ii.vol.Si p-
batur ꝙ mandans dixerit. Va & digli che li da-

ro la promeſſa, probatur aſſaſsinium poſt perpetratum delictum aut ante, dic vt per eum ꝙ non, cum requiratur conuentio, & non pollicitatio. & illa verba ſonant in pollicitationem, de hac materia aliquid per Are. in conſil. clxv. & Pat. in tract. ſindica. car. xxiiii. & car. xxxv. & car. lviii. & car. lxiii. car. lxv. & Mar. & alios in
34 locis ſupra, & Thom. gram. vbi ſupra. ℭ † Circa quartum, dic ꝙ pœna aſſaſsinii traditur in. d. c. i. quod ad non corporalem pœnam tam contra principalem ꝙ contra mandantes conſulentes, & auxiliantes, & receptatores, vt per Capi. in deciſi. ſacri conſi. clv. verſicu. ad ſecundam.
35 ℭ † Circa vero corpus punitur vt quia per fruſtra ſcinditur iuxta. l. capitalium. ff. de pen. vt p Panor. in. c. at ſi clerici. in prin. xx. col. ver. nam quandoꝗ, de indi. & per Capi. in deciſi. ſacri cõ ſi. clv. Et ita hodie vtuntur iudices propter criminis immanitatem, & ad terrorem & de intellectu. d. c. i. & pœna canonica, & qualiter intelligatur per Alex. in conſi. cxlv. & conſi. clxiiii.
36 vii. volu. ℭ † Circa ſecundum videlicet de mãdante abſꝗ pecunia. Primo videndum erit, qualiter, & ex quibus verbis mandatũ contrahatur. Secundo de nonnullis quæſtionibus circa mandantem. Tertio de cauſis & excuſationibus ex quibus mandans excuſatur. De pœna vero dicetur infra, quando de vtroꝗ ſimul tractatur.

ℭ Circa primum contrahitur mandatum? dic ꝙ contrahitur vbi mandatur delictum committi propter ſeipſum ad ſuæ voluntatis ſatisfactionem nulla pecunia data quecunꝗ verba interueniant ita tamen ꝙ ſit ad voluntatem mandãtis, ita dicit Bar. in. l. non ſolum. §. ſi mandato. ff. de iniu. Ang. in glo. ſempro. mand. in prin. Bal. in. l. hec verba. ff. de infami. & per Ang. in conſi. xxii. Alex. in conſi. cxxvii. iiii. vol. ſeq. & ſequen. conſi. ſubſcribentium, & per Corn. in conſi. lvii. iiii. vo. Siue vtatur verbis imperatiuis, vt quia dicat occide vel percute, vade fac vt occidas, & ſimilibus. Siue verbis rogatiuis rogo, vt occidas, vel vindictam pro me facias, vel dicat vellem vel opto vt occidas vel aliis verbis de quibus in. l. i. ff. manda. vbi Bar. & in. l. i. & in. l. quodam. C. manda. Dummodo non ſint verba admonitoria, commendatoria. vel perſuaſoria, vt per gloſſ. & Barto. in. d. l. i. ff. de manda. Nec conditionaliter prolata, ſed ſimplicia, & pura vt per Barto. in. l. ſi pupillus. §. videamus, in fin. ff. de ne. ge. Nec mandetur quod tenebatur facere de neceſsitate Bar. & Bal. i. d. l. i. C. de depẽ. Inducitur etiam mandatum per ſubſcriptionem glo. & Bal. in. l. etiam. C. quod cum eo. Item preſumitur mandatum ſi fiat uoluntate mea, ut per Bar. & alios. in. l. poſt dotem. ff. ſol. matri. Alex. poſt Bar. in. l. i. ff mand. Corne. in conſi. liiii. ſeu lvii. iiii. vol. Et tandem ſi interueniant quecunque verba etiam enunciatiua ex quibus coniecturate appareat ꝙ optet fieri vindictam, vt p Bal. in. l. i. C. de ſer. fug. ii. col. ver. & probatur mandatum. Ana. in conſi. lix. Iaſ. in. l. ſi quis mihi bona. §. pen. ff. de acq. here. & in. d. l. i. vii. co.
37 in fi. ii. partis. glo. C. de ſer. fug. ℭ † Et ideo ſi pater aut dominus ab alio iniuriatus dixerit filio, aut famulo non redeas domum ni ego ſentiam nouum de iſto negotio, deinde filius aut famulus occidat iniuriantem dominum aut patrem, nam tunc preſumitur patrem aut dominũ mandaſſe, vt per Bart. & alios communiter docto. in dicta. l. ſi quis mihi bona. §. pen. ff. de acquir. her. Ange. in glo. ſempro. mand. xxi. q. vbi dicit quendam dominum fuiſſe ex hoc decapitatum Florentie, ideo caueant pater aut dominus vti verbis prefatis. Pau. de ca. in conſi. cclxii. Pan. poſt Anch. in. c. ex literis. per illum text. de excep. ptela. Alex. in conſi. cxxvii. iiii. vol. Panor. in. c. ſententiam. de cler. pug. Bal. in capi. veritatis. tertia col. de dolo, & contum. Alex. & Iaſ. in. d. l. ſi quis mihi bona. §. ſed ſi mandauerit. ff. de acqui. her. & Iaſ. in dicta. l. prima. C. de ſeru. fugiti. ſexta colum. vbi plene Roman. in ſingu. cccccccxi. incip. inciſ. & Math. in no. clxxxviii. & Corſe. in ſingu. inci. præceptum lo. i. incip. famulus cuiuſquam. Alex. in conſi. cvi. & conſil. liii. quarto volu. Fely. in cap. afferte. ver. datur etiam exemplum de præſump. & in capi. ſicut dignum. de homi. Alex. in conſi. lxix. ii. vol. & in. l. prima. C. de his quib. vt indi. & ibidem per Pau. & Iaſ. Bal. in conſi. lxxxii. tertio volu. plene Mar. in conſil. cxxxii. Panor. in cap. penultime cler. vel monacis. Fely. in cap. petrus. iiii. fal.
38 de homicidio. ℭ † Extende dictam concluſionem, etiam ſi dominus proferens talia verba expreſſe inhibuiſſet famulo ne occideret, per tex. in capitu. fina. de homicid. in ſexto ita Mathe ſil. in. d. no. clxxxviii. & per Iaſo. in dicta. l. prima. & in dicta. l. ſed ſi mandauerit. Faciũt tradita per Bal. in. l. non ideo minus. xviii. q. C. de accuſa. Mar. in conſil. x. & conſil. lxvii. & Cepol. conſi. xxxiiii. vbi de mandante ante delictum, & expreſſe prohibente ne occidat an occiden-
39 do teneatur de quo infra dicetur. ℭ † Et an & quando delictum & homicidium factum a famulo, & conſanguineo præſumatur factum de mandato domini, & conſanguinei, maxime ſi eſſet præſens, & nihil diceret plene: dic, & limi-

ta,& declara multipliciter,vt per Fely.in.d.c.
petrus.de homicid.& per Panor.in.c.conſtitu-
tus lo.i.& in.c.cum cauſa.de teſti.& Iaſ.in.l.ci
uitas.ii.col.ff.ſi cer.pet.& Boni.in tit.quid ſit ac
cuſatio.in fi. In quibus diſtinguitur ſi delictum
habeat cauſam ſucceſſiuam, vt tunc dominus
teneatur, ſi cauſam momentaneam vt in ho-
40 micidio ꝙ non. ℭ † Amplia etiam præfata, ét
ſi non proferat talia verba directa & expreſſa
famulo ſed dubie & imperſonaliter, vt quia di
cat malum eſt hoc factum, & malum, & iniu-
riam remanere impunitam, loquendo cum fa-
mulo,nam per talia verba cenſetur mandaſſe
per tex.in.c.ex literis.de excep.prælato.Rom.
41 in.d.ſingula.ccccccccxi. ℭ † Limita tamen pri-
mo ſecundum aliquos & intellige, quando iniu
ria fuiſſet facta domino,nam tunc per talia ver
ba præſumitur mandatum,ſecus ſi iniuria fuiſ-
ſet facta famulo principaliter, & non domino,
nam tunc non præſumitur mandatum,& ita in
telligit Pau.de ca.in.d.§.ſed ſi mãdauerit, tamẽ
communiter tenetur ꝙ ſiue domino,ſiue famu-
lo ꝙ præſumetur mandatum ex talibus verbis,
vt per Iaſo.in.d.§.ſed quid ſi mandauit.
42 ℭ † Limita ſecundo & intellige quando talia
verba fuiſſent prolata,& dicta perſonæ in qua
non poterat cadere alia coniectura veriſimilis,
& interpretatio ꝗ homicidii committendi, vt
quia famulo præfata verba fuiſſent dicta,aut fi
lio,vel ſeruo. Secus quãdo perſonæ ex qua alia
coniectura ex dictis verbis percipi potuiſſet,nã
tunc ſtaretur interpretationi domini cum iura-
mento,iuxta notata in.§.ſed alie.inſti. de actio.
vt quia verba fuiſſent dicta procuratori,vel ad
uocato,nam intelligitur per iuſtitiam,vt not.in
l.i.C.de his quibus vt indig.⁊ ita declaratur per
43 Bal.in.d.§.ſed quid ſi mandauit. ℭ † Tertio li-
mita niſi offenſa fuiſſet illata domino,non cum
ferro ſed cum pugnis,quia dominus vtens tali-
bus verbis ꝙ ſentiam nouum intelligitur man-
daſſe de ſimili vindicta cum pugno,ideo famu-
lo occidente non tenetur dominus per no.in.l.
i.cum ſimilibus.C.vnde vi.Roma.⁊ Alex.in.d.
§.ſed quid ſi mandauit,& in.d.l.i.C. de his qui-
bus vt indignis,& in conſi.ccxxi.i.volu.& con
ſi.xxviii.iiii.volu. Intellige tamen hanc limita-
tionem cum diſtinctione qualitatis perſonę, qñ
iniuria fuiſſet illata ab ęquali,aut melioris con-
ditionis exiſtenti,& nobiliore,nam tunc intelli
geretur de ęquali pugno, ſecus tamen ſi inferẽs
iniuriam & offenſam fuiſſet vilioris conditiõis,
& offenſus fuiſſet nobilis, nam habita qualitate
perſonæ interpretãdum erit de vindicta per ꝗ
44 iniuria fuiſſet propulſata. ℭ † Faciunt in hoc
tradita in.l.i.C.vnde vi.& in.l.vt vim.ff. de iu-
ſtitia & iure,& per doctores,& per Ang. in gl.
& dictus titius ſe defendens. Nam ſi inferior in-
ſiluit nobiliorem non tenetur nobilior fugere,
cum fuga in nobili ſit dedecus, & ideo occiden
do non tenetur de homicidio,⁊ ſic in plus ſe ha
bet nobilitas,faciũt tradita in.l. gracchus.C. de
adulteriis. Nam maritus vilis non poteſt impu-
ne occidere adulterium, & faciunt tradita per
Math.in conſtitu.qui doloſe,& in conſtitutione
vt dignitatum ordo ſeruetur, & in conſtitutio-
ne vt participatio. In quibus de pęna ruſtici ver
berantis nobilem,& militem,nam maior pœna
imponitur ruſtico,quam ſi non militem verbe-
rauerit,facit.l.fi.ff.de iniuriis, cum mille ſimili-
bus,& ſic in nobili maior fit interpretatio.
45 ℭ † Quarto limita niſi famulus excederet fines
mandanti,cum in poteſtate famuli eſſet exce-
dere fines mandati,vel non excedere,vt qa do-
minus diceret famulo fac vindictam cum ba-
ſtono,vel alapa,vel accipe baſtonum, ⁊ fac vt
ſentiam nouũ ſi ille famulus occidat etiã cũ ba-
ſtono non tenetur dominus de morte cũ ex ge-
nere armorum præſumatur animus mandantis
non fuiſſe ꝙ occideret vt no.in.l.i.§.diuus.ff. de
ſicar.ita ſingu.per Bal.in.l.mandati in.§.C.mã-
da.ita limitãs tex.in.d.c.fi.de homicidio in.vi.⁊
in.l.ſi quis mihi bona.§.ſi coram.ff. de acquirẽ.
heredi. vbi limitat etiam.d.c.fin.non procedere
quando mandaſſet ligno aut alapa percuti,& il
le ferro occidat non tenetur de morte ita etiam
Bal.in.d.l.non ideo minus.C.de accuſa.& An-
ge.in gl.ſempro.mand.xviii.q.Barto.in.l.diuus
in fi.ff.de ſicar.faciunt.d.Bar.in.l.iii.in fin.ff. de
46 adim.lega. ℭ † Quinto limita niſi famulus ille
mandatum repudiaſſet, nam licet poſtea occi-
deret non tenetur dominus ita Bal.in.l. ſi litte-
47 ras in fin.C.manda. ℭ † Sed quid ſi a principio
acceptaſſet mandatum, deinde repudiaſſet, an
poſtea occidendo teneatur dominus? dic ꝙ ſi in
teruallo non tenetur vt per Bar.in.l.non ſolum
§.ſi mandato ver.quero mandauit.i.q.ff. de in-
iu. Bal.in.d.l.i.C.de ſer.fugi.ii.col. ver. & idem
ſi mandatum poſt Inno.in.c.ad audientiam de
48 homicidio. ℭ † Sexto limita ⁊ intellige, tribus
concurrentibus. Primo præcedente inimicitia
capitali. Secũdo ꝙ ſecrete fuerit famulo loqu
tus ad aures. Tertio ꝙ incontinenti fuerit ſecu-
tum homicidium,alias vbi vnum ex his ceſſa-
ret non procederet ſupradicta concluſio com-
munis ita per Bal.in.d.l.i.iii.col.ver. & ille dici
tur mandare & ita intelligit dictum Bar. in.d.l.
ſi quis

ſi quis mihi bona.§.fi.cum no.per eundem in.l.
ſi ventri.§.fi.ff. de his quæ in fran.cred. & ita p
Ana.in.d.conſi.lix.& Corſe.in ſing.incip. præ-
ſumptio ver.celeritas actus & per bal.in.c.veri
tatis de dolo, & contuma. & in.c.i.§. vel furti
de pa.iura.fi.m. & in.c.ſi quis deceſſerit de feu.
49 fue.controuer.☙ † Septimo limita & intellige
vt procedat,quando dominus recepiſſet iniuriá
illicite,nam tunc talia verba domini de vindi-
cta aut nouo intelliguntur, ꝙ ſicut illicite iniu-
riam recepit, ita mandaſſe videtur illicite pro-
pulſare alias, ſi licite receperat iniuriam ſecus;
ita per Alex.in conſi.ccxx.incip.quoniam abũ
de.ii.col.ii.vol. Qualitas enim præcedentis iniu
riæ arguit qualis fuerit animus domini mandan
tis,in ſequentibus,argu.c.ſcriptum de electio et
per tradita in.d.l.ſi ventri.§.fi. & in ſimili vide
bal.in.l.ſi prædium fin.col.C.de edil.actio.ver.
ſed pone. Vbi ex qualitate ſactorũ animus præ
50 ſumitur. ☙ †.Vltimo limita & intellige ꝙ pro-
pter præfata verba taliter prolata, & dicta fa-
mulo & probata procedatur ad torturam con-
tra dominum non autem vt ex his condemne-
tur ad mortem nam ex talibus verbis vt ſupra
præſumitur mandatum ceteris cõcurrentibus.
51 ☙ † Et clarum eſt ꝙ ex præſumptionibus quan
tumcunq; violentis non poteſt deueniri ad con-
demnationem & pœnam corporalem vt p In-
no.in.c.quia veriſimile de præſumpt.& ibi per
Panor.& alios & in.c.afferte.eo, & per Panor.
in.c.auditis vlti.col.de præſcrip.bal.& alii in.l.
fi.C.de proba. Rom.in.l.i.§.ſi quis in villa.ff.ad
ſilleni.Mathe.ſill.in not.cxix. Alex.in conſ.xv.
primo volu.& in conſi.cxvi.eo.vol.bal.in.c.li
teras de præſump.Gand.in rub.de indi.in dubi.
ad cõd.bru.i.par.tra.de indi.& tor.Mar.in pra.
in.§.diligenter.& in.§.quoniam & in.§.ii.quę
ſtio.& in.l.repeti.ff.de quæſtio.& in rubri.C.de
proba.Cepo.in conſi.xxxii. Thom.gra. in vo.
x.ita Iaſo.in.d.l.i.C.de ſer.fugi.& in.d.§. ſed ſi
52 mãdauit.☙ † Et hoc etiam videtur ſentire Ale
xan.& alii in.d.§. ſed ſi mandauit & Corſet.in
ſing.incip.famulus in quantum poſt alios ibi, &
poſt in.l.i.C.de his quibus,vt indi. Quatenus di-
cuntur ꝙ ſi heres aut alius dixerit de hoc vindi-
cabo aut faciam vinditã de morte defunti aut
alterius inimici ſi præfata verba fuerint proba-
ta,& occiſus fuerit ille inimicus ꝙ faciunt indi-
cium ad torturam & talis torqueri poteſt con-
ſtito de verbis prędictis non ergo dicunt condẽ
nari poſſe ſed torqueri,& per Alex. poſt bar.in
d.l.i.C.de his quibus vt indi. Et ex prædictis ẽt
contrahitur mandatum,ſi dicat dominus famu
lo,facias vindictam,deinde mortuus ſit nã præ
ſumitur mandatum concurrentibus ſupradictis
vt torqueri poſſit, videlicet concurrente quali-
tate perſonæ,iniuriæ,& inſtrumenti,vt ſupra &
per doct.in.d.l.i.& in.d.§. ſed quid ſi mandauit
alias eis non cõcurrentibus interpetrandum eſt
in mitiorem partem videlicet de vindicta p pro
ſecutionem accuſationis vt ibidem dicunt doc.
53 ☙ † Item contrahitur mandatum, & præſumi-
tur, ſi dominus aut pater offenſus loquatur ad
aurem famulo vel filio,& ſtatim ſit per famu-
lum aut filium commiſſum homicidium, nam
ex breuitate temporis concurrente etiam inimi
citia præſumitur mandatum, concurrente ſola
inimicitia præſumitur conſilium, in mitiorem
partem,nulla concurrente inimicitia nec man-
datum nec conſilium præſumitur etiam ſi mine
pręceſsiſſent ita Bal.in.l.i.ii.col.ver. ille dicitur
mandate.C.de ſer.fugi. Bal.in.l.ſi quis mihi bo-
na.§.fi.ff.de acqui.here.& in.l. ſi ventri.§. fi.ff.
de priui.cred. Bru.in tra.indi.vi.col.Cor.in con
ſi.lviii.iiii.vol.Corſe.in ſingu.incip.præſumptio
in ver.celeritas actus Iaſo.in.l.ſi ob turpẽ.ff. de
condi.ob tur.cau.Inn. & alii in.c.ad audientiã
de homicidio,& Bal.in.l.papinianus.§.ſi man-
dato & in.l.multum.ii.colũ.C.ſi quis alte.vel ſi.
Areti.in.c.iii.loco.fi.col.de proba. Alex. in.l.i.
C.de his qbus,vt indi.Par.in tra.ſind.car.xlviii.
& car.cxxi. Marſi.in.l.ſtatu.liber.ff.de quęſtio.
& in rub.ff.de fideiu.v.q. & in conſi.iii. Alexã.
in conſi.lxix.ii.vol.Ana.conſil.iiii.gl.in.§. ope.
inſti.de oblig.quę ex deli.na. Loquuntur tamen
de conſi. vt conſilium præſumatur ſolus Bal.in
d.l.i.dicit præſumi mandatum. Fallit tamen niſi
occiſus fuiſſet amicus domini, nam non præſu-
meretur mandatum nec conſilium vt dicit Bal.
in.d.l.i.C.de ſer.fugi.ii.no.glo.& Bart.in.l.i.C.
de ſicar.& habetur poſt Bart.in.d.l.ſi ventri.§.
54 fi.iii.addi. ☙ † Sed an mandatum contrahatur
ſi deliberans occidere aliquem,& acceſsiſſet ad
amicum & dixerit ſe velle talem occidere,& il
le dicat placet fac bonum,& cito? dic ꝙ non vt
per Gand.in rub.de rar.q.in male.iiii.col. Bald.
in.l.ob hęc verba.ff.de ĩfami. Ang.in cõſi.xxii.
Iaſ.in.d.l.i.vii.col.C.de ſer.fugi. & per doct.in
l.ſi obſtetrix.ff.ad.l.aquil. & in.l.i.§. vltimo.ff.
de ſer.corr.& in.c.tanta.lxxxvi.diſtin. Dicitur
enim hortator & non mandator vt per Bal.in
55 d.l.ob hęc verba.☙ † Sed quid de annuente hu
meris,vt quia filius voluerit occidere, & pater
humeris annuat an dicatur mandaſſe annuẽdo?
dic vt per Bal.in conſi.cxlii.i.vol.aut.iiii.volu.
vbi an torqueri poſſit ꝙ non, habet poſt bar.in

hi.ff.mand.in apoſti. Et an tacendo induçatur mandatum Bel.in pra.in rub.de quæſtio.li. col. & ſeq.& per doct.in.c.ſicut dignum de homici
56 dio. ❡ † Et quid ſi famulus aut filius in præſentia domini vel patris iniuriãtem dominum aut patrem occidit,an præſumatur mandato domini,Aut patris aliquid ſupra fuit dictum Barba. in.c.i.de offi.deleg.Dicit ꝙ ſi cedit delictum in vtilitatem domini præſumitur mandatum et tenetur per dictum Bart.in.l. de pupillo.§. ſi quis ipſi prætori.ff.de oper.no.nun.x.q.Panor.in.c. cum cauſam,& in.c.conſtitutus de teſti. dicunt contrarium,Quod ex quo eſt delictum momentaneum non prǽſumitur mandato domini Alexan.vero.in.d.§.ſi quis ipſi prętori per doctri. Bal.in.d.l.i.C.de ſer.fugi.dicit ꝙ ſi potuit dominus prohibere & non prohibuit prǽſumiť mandatum vide Mathe.in conſti. ſi quis aliquem.x. q.& Bal.in.l.iii.C.de epiſ.& cleri.& Bar.in.l.i. in fi.ff.quod vi aut clam,& habetur poſt Bal.in d.l.i.& poſt Bar.in.d.§.ſi quis ipſi prętori Alexan.in.l.cum dotem.§.ſi mulier.ff.ſolu.ma.per Panor.& Felyn.in.d.c.Petrus & per Deci. in.l. nullum crimen.ff.de reg.iur.& Cur.in con.xli. Thom.gra.in conſi.viii. Boni.in rub.de inſul.& percu.& in rubr.quid ſit accuſatio. Non enim ex conuerſatione aut familiaritate prǽſumitur mandatum,ſed ex minis & inimicitia pręcedente,vt per Bal.in.d.l.i. ver.dicitur mandare & ſequen.ii.&.iii.col. Et ſic minę cum inimicitia faciunt prǽſumi mandatum,vt per Bal.in.d.l.i.& Alexã.in.l.i.C.de his quib.vt indi. facit dictum Bal.in.l.data opera.C.qui accuſa.po.verſic.ſed pone titius,vbi de fratre rixante & altero fratre ſuperueniente & occidente ꝙ non teneť frater rixans & ſic non præſumitur mandatum licet frater,& Mar.in conſi.xxv.& in.l.fin.ff.de ſicar.& in pra.in.§.conſtante & in conſi.lxix. & conſi.lxxxi.doct.in.c.cum ad ſedem de reſti tu.ſpol.Fallit niſi mandatarius prius minatus ſit velle occidere cum præſumatur alias facturus omnino,ſed dominus tenetur tanquam perſuaſor vt per Bal.in.d.l.i.C.de ſer.fugi. & Ang.in d.conſi.xxii.& per Iaſo.in.d.§.ſed quid ſi mandauit an dominus teneatur ex delicto famuli p Bar.vbi ſupra & in.l.nec id.ff.de incen. Bald.in l.iii.C.de epiſc.& cleri.& in.l.ad inuidiam vbi Alex.& Iaſ.C.quod me.cau.Anto.& alii,in.c. i.de reſti.ſpol.Ana.in conſi.ii.Iaſo.in.d.l.i.vlti. no.C.de ſer.fugi.& per Fely.in.d.c.petrus.

❡ † Sed quid in dubio an ex verbis ceteris dictis expreſſe ad mandatum non conferentibus,
xlv.col. Iai in.l.i.C.de ſer.fug. Mar.in conſi.x.
& ſeq. dummodo ꝙ declaretur, vt ammittat be
neficia, vt p Mar.in conſi.lxii. & in cõſi.lxxiiii.
Fely. vero in.c.ſicut dignum.de homi.ii.concl.
& in.c.de offi.dele.iiii.col.ver. vtrum autẽ ra-
tione conſilii clericus.in quibus plene ampliat,
142 & limitat ex cuius dictis. ℭ † Primo amplia
ne dum quando ex conſilio ſequitur homicidiũ
& membri mutilatio, vt.d.c.ſicut.et.c.ſiquis vi
duam.l.diſt.c.ſi quatuor.xxiii.q.viii. c.ii.de cle
ri.pugna.in fi. ſed etiam ſi conſuluit cõſtructio-
nem alicuius inſtrumenti bellici, vel diceret in-
ſtrumentum bellicum fore aptum in tali loco,
vt proficiat bello ex quo homicidium fuerit ſe
cutum, vt per Inno.in.c.ad audientiam.de ho-
mici.etiam ſi fuit cauſa remota conſilium, vt
quia conſuluit aliquid remotum a maleficio &
poſtea fuit ſecutum homicidium, vt in exem-
plis per Panor.in.d.c.ad audientiã. vt quia con
ſuluit iactum baliſte, vel machine, vel inſultum
caſtri, vel ꝙ furtiue capiatur, vt vbi per eum, et
traditur in.c.presbyterum de homi.& per Nic.
143 plo.in tract.irreg.xii.irreg. ℭ † Secundo am-
plia vt ſi conſuluiſſet rem illicitam ex qua ve-
riſimiliter non eſſet ſequendum homicidium, ſi
poſtea ſequatur homicidium efficitur irregula-
ris, vt per Spec.in titu.de lega.§. iuxta ver. ſed
quæritur. vt ſi furtum clandeſtinum, vel rapinã
conſuluit ex quo poſtea fuit ſecutum homici-
dium, et hoc quia dabat operam rei illicite licet
præter propoſitum euenerit. facit tamen con-
tra gl.i.c.Maximianus.xxiii.q.iii. vbi ſi clericus
accuſauerit aliquẽ de leui crimine ex quo mors
ſequi non debebat ſi iudex condẽnauit ad mor
tem nõ efficitur irregularis clericus ex quo præ
ter propoſitum not.in.c.prælatis.de hom.in.vi.
facit dictum Bar.in.l.illicitas.§.ſicuti ff.de offi.
præſi. vbi clericus non efficitur irregularis pro
pter homicidium caſuale, ſed dic ꝙ in terminis
gloſ.non dabat operam rei illicite cum accuſa-
tio de leui crimine permittebatur, ſecus de gra-
ui abſq; proteſtatione, vt in.c.prælatis.de homi.
in.vi.glo.etiam, ſi contra iuſtitiam iudex occi-
dat, et ideo ex homicidio caſuali quando datur
opera rei licite non efficitur irregularis, ſed qũ
operam rei illicite, vt in.c.cõtinebatur. & in.c.
lator.& in.c.ad audientiam. & in.c.dilectus.&
in.c.ſignificaſti.&.c.exhibita. &.c.ioannes. de
144 ho.& ſupra fuit dictum ſuo loco. ℭ † Tertio
amplia ſi ſolum conſulendo oſtendat vtilita-
tem prouenientem ex homicidio ſecũdum Io.
145 And in.c.fœlicis.ii.col.de pe.in.vi. ℭ † Quar
to amplia ſi ille cui conſulitur in aggreſſu occi
datur ſecundum Innoc.in.c.ad audientiam. vbi
etiam Cardi.de homi.& ibi per Fely. de mate-
ria irregularitatis, & in locis per eum allegatis
ratione homicidii, aut percuſſionis, & membri

mutilationis, & per Nicol.plo.in tract.irregul. poſt Spec.in tit.de leg.ſeu de diſpenſ.§.iuxta.ii. de occiſo.in aggreſſu ꝙ conſulens ſit irregularis Ioan. And.in.c.is qui de homicidio in.vi. & Specu.in.d.§.iuxta. & Nicol.plo.in.xiiii.irre-
146 gula.in tract.irregu. ℂ † Et limita primo prædictam concluſionem,niſi clericus ſuaderet licitam occiſionem,vt pro proximo,pro eccleſia, pro patria,vel pro Chriſto, vt per Specu.in.§. iuxta verſi.porro. Nico.plo.in.d.irregu.xiiii.
147 & ſeq. ℂ † Secundo limita niſi is cui conſuliitur fuiſſet,alias facturus,vt per Panor. poſt Hoſtienſ.in.c.ex literis.prope fi.de exceſ.præla.
148 ℂ Tertio limita & intellige ſi fuit conſilio partum, & fuerit ſecutum homicidiũ,& nõ aliter ex nudo conſilio,ſecundum Io.and. in Spec.in d.§.iuxta verſic.ſed quæritur. ratio aſsignatur ex quo ex ſola , & nuda voluntate non efficitur irregularis ſecundum Archidi.in.c.periculoſe.de pen.contra tamen ibi glo.diſtin.i.& in.§. ſi ergo.xii.col.xvii.q.iiii.⁊ i.c.fi.xxiii.q.viii.⁊ ſi voluntas fuerit deuenta ad actum extrinſecum cum omni conatu ſine effectu ſecundum Gemi.
149 in.c.ſiquis poteſt acceptum.l.diſtin.ℂ † Et ex hoc dicebat Archid.in.c.fi.xv.q.i. ꝙ ſi clericus inueniat mortuum illum ad quem occidendum accedebat,& intulit ei mortuo vulnera in loco mortali non eſt irregularis, & per Mar.in ſing.
150 clxxxiii.ℂ † Et dixit Specu.in.d.§.iuxta.ꝙ ſi clericus habuerit ratum homicidium quod ſuo nomine geſtum non eſt, non efficitur irregularis,ſecus ſi ſuo nomine geſtum,⁊ per Arch.in.c. omnes.xvii.q.iiii. & Hoſti. in ſum. de homi.§. quæ noua. ver.quid ergo ſi placet, dummodo ratum habeat non aliter, vide de hoc per Fely. in.c.i.de offi.delega. verſi.ſed dubitatur, vbi ſi aliquis occidatur intuitu clerici an efficiatur ir-
151 regularis.ℂ † Et ꝙ ſola voluntas non facit clericum irregularem niſi actu occidatur,& de dicto ſuperiori Archi.per Nico.plo.in.d.tract.ir-
152 reg.xxvii.irregular. ℂ † Limita tamen ꝙ ex ſolo conſilio, ſi nõ fuit perfectum homicidium non efficitur irregularis in.c.felicis.de penis.in vi.& in clem.i.cc.& ibi per Card.v.oppo.& in
153 xii.q.ℂ † Quarto limita niſi per clericum fuiſſet diſſuaſum homicidium niſi dubitans aſtaret in dicto homicidio , vt per Feli.in.d.c.ſicut dignum verſic.vii.& vltimo limita. de homicid.
154 ℂ † Quinto limita niſi clericus interrogatus tanquam iuris peritus generaliter reſponderet dignum eſſe morte propter quod cõſilium fuiſſet decapitatus;nam non efficitur irregularis ni ſi ſpecialiter ſuper illo caſu fuiſſet interrogatus & conſulto reſponderet, vt per Specul.in.d.§. iuxta.per Nicol.plo.in.d.tracta.irreg.xxxxix. irregula.& per docto.in.c.literis.de exceſſ.prælato.per Bald.in auct.habita.C.ne fili.pro pa.in princ.& Panor.in.c.i.de fur. Gemi.in.c.fi.iii.di
155 ſtinctio. ℂ † Circa quartum primo excuſatur conſulens ſi is cui fuit conſultum.ex interuallo occiderit Paul.de caſt.in.l.ſancimus.C.de teſta. dicit inclinandum in mitiorem partem,vt non tenetur ſed præſumatur non ſecutus conſilium tamen Imo.& Fel.in.d.c.ad audientiam.& in d.c.ſicut dignum & in.c.i.de off.dele.& Panor. in.d.c.ad audientiam.dicunt contrarium ꝙ cẽſetur motus ex conſilio,dic & limita,vt per Fe
156 ly.vbi ſupra.ℂ † Facit dictũ Bald.in.l.multum intereſt.in.colu.C.ſiquis alteri vel ſibi. vbi dicit ꝙ ſi duo habuerunt tractatum de aliquo occidendo,& per alterum ſecuta fuit mors præſumitur ſecuta ex illo tractatu,& in.c.i.§.iniuria.de pa.iur.fir.& Fely.in.d.c.ad audientiam. in fi.& vide Sal.in hoc in d.l.non ideo.vii.col. Bar.& alii.in.l.quandiu.ff.de acqui.hære.& in d.§.ſi mandato.& Bal.in.d.l.i.C.de ſer.fugi.& vide quæ dicta ſunt ſupra de mãdato.Et limita vt ibi niſi cõſilium,& perſuaſio fuiſſe reuocatũ tacite vel expreſſe,vt per Bar.in.d.§.ſi mandato. per Bal.in.l.ſi literas.C.mand.⁊ in.d.l.non
157 ideo in fi.vel nõ acceptatum vt ibi.ℂ † Idem excuſatur ſi non fuiſſet conſilium acceptatum, ſed ſpretum,vt per Bal.in.d.l.ſi literas.& in.d. l.non ideo.& per Cep.in caut.cclv.quę eſt vlt.
158 & vide ſupra de mandante.ℂ † Idem excuſatur ſi conſilium fuerit reuocatum, & perſuaſionam non tenetur,vt ſupra quod tamen dic, vt per Inno.in.d.c.ad audientiam. & Barto.in.d. §.ſi mandato.Ang.in.d.glo.ſempro.mãd.in fi. & Imo.& Anch.in clem.i.de renun.& doct.in c.cũ quis.de ſent.excõi.in.vi.& in.c.mulieres, eo.tit.& Alex.poſt Bar.in.d.§.ſi mandato.ꝙ licet in mandante ſufficiat ſimplex reuocatio tamen in conſulente,& perſuadente requiritur ꝙ taliter ſuadeam ꝙ ſim certus te mutaſſe propoſitum alias debeant tibi offendendo nunciare ꝙ caueas, ⁊ vide quę dicta ſunt ſupra in mandante,& quod dicit glo.in.d.c.cum quis.ſi prius inſtigauit,vel mandauit clericum percuti,& reintegra ante percuſsionem reuocauit demũ percuſſit excuſatur loquitur tamen in mandante , in conſulente tamen dic, vt dicit Bart.in.d.§.ſi mandato.⁊ per Fel.in.d.c.ad audiẽtiam. & Alex.in cõ.lxvi.ni.vol.⁊ Dec.i.d.c.i.de offi.dele. & in.d.l.cõſilii.& per Pau.gril.in tra.de pe.omni.cõi.x.q.& per Fely.in.d.c. ſicut dignum.v.

ſimi. & in.d.c.i. ver. vltima concluſio. Saly. in
l.i.x.q.C.de rap. virg. & per Bal.in.§.ope.inſti.
159 de oblig.que ex deli.naſ. ℂ † Item excuſatur
ſi id quod non poteſt per alium expediri, niſi p
facientem conſulitur, aut perſuadetur & adul-
terium, ⁊ fornicatio, vt ſupra demandante fuit
dictum, & infra & vide p Math.in conſti.capi-
talem vbi de conſulente, & perſuadente raptũ.
ℂ Vltimo excuſatur ꝙ ille cui fuit conſilium
preſtitum erat alias facturus abſq; conſilio, &
perſuaſione in hoc autem an debeat fieri talis
diſtinctio an alias eſſet facturus an nõ per Dy.
in reg. nullus ex conſilio de reg.iur.in.vi.qui di-
ſtinguit aut conſuluit id quod cadit in delictũ,
& non adhibetur talis diſtinctio aut conſulitur,
& perſuadetur id quod non cadit in delictum,
& tũc adhibetur talis diſtinctio, & hanc ſequit
Bar.in.d.§.ſi mãdato vbi corroborat ꝙ cõſiliũ
eſt opẽ pſtare ſed in opẽ pſtante nõ adhibet ta-
lis diſtinctio ergo nec in conſilio & perſuaſio-
ne quæ diſtinctio nullo modo locum habet in
mandante, vt ibi per eum, & ita reſidet Angel.
in.d.glo.ſempro.man.q.xxii. & vide Bar.in cõ
ſi.clxv. & Bal.in conſil.ccxx.iii. vol. & Inno.
in.c.quetelã de electi. Saly.in.d.l.i. de rap. vir.
Bal.in.l.ob hec verba.ff.de infami. & in.l. data
opera. verſ.conſilium quoq;.C.qui accuſa.poſſ.
vbi idem, vt ſupra & per Fely.in.d. c.i.de offi.
deleg. & in.d.c.ſicut dignum. & Iaſ. in. §. om-
nes inſti.de actio. & in.l.i.C.de ſer. fug. & in.l.
titia.§.ſi idem.ff.de ver.oblig.Ang.in.l.i.ĩ prin.
ff.de eo p quem fa.er. Cano. in. c. milieres. de
ſent.excõmu. & in.c.ſuper eo. vbi Fely eo. tit.
& in clem.i.de pen. & plene per Deci. in. d.c.i.
& in.d.reg.conſilii vbi plene limitat, & ibi an
in dubio preſumatur ꝙ eſſet alias facturus, &
qualiter hoc probetur, ⁊ per Pau.grill.in.d.tra.
de pen.omni.coi. x.q.iii.col.poſt Saly.in. d.l.i.
& Gandi.in rub.de pen.xvii.col. ver. item po-
ne.ꝙ ego de di.dic ⁊ limita vt per Mar. in ſin-
gu.665. vbi limitat in atrociſſimo delicto non
adhiberi talem diſtinctionem. ⁊ per Boni. ĩ rub.
de inſul. & percu.ver.ſed quid in conſilio in q-
bus locis plene traditur an fieri debet diſtinctio
ꝙ eſſet alias facturus, ⁊ ibidem limita, vt per
160 cos. ℂ † Limita etiam niſi eſſet tractandum
de punienda ipſa perſuaſione, & conſilio, &
non crimine ratione conſilii, nam tunc punitur
ſimpliciter abſq; alia diſtinctione, vt per Bar. in
d.§.ſi mandato. & Ang.in.d.glo.ſempro. mãd.
in.fi. & Bal.in.d.l.data opera, & alii in locis ſu-
pra. ℂ Limita etiam in caſu clem.i.de pen. &
ibi per Car.duodecima queſt. & quinta oppo.
& in caſu. c. felicis de pen. vi. vbi ſimpliciter
161 punitur conſilium. ℂ † Limita etiam, vt per
Iſer.in.c.i.quibus mo. feu. ammi. vt procedat
quãdo delictũ concernit perſonam perſuaſi, vt
non fiat diſtinctio ſecus ſi non perſonam per-
ſuaſi ſed extra perſonam nam ſi erat alias fa-
cturus non punitur, & vide que traduntur poſt
162 Bar.in.d.§.ſi mandato. ℂ † Et no.ꝙ accuſans
de conſilio debet probare ordinem temporis,
vt quia conſilium & perſuaſio preceſſerit factũ
alias non tenetur, vt per Bal.in. d.l.i. C. de ſer.
fug. Alex.poſt Bal.in.d.§. ſi mãdato. vet quero
vnde oritur. Bal.in.l.ob hec verba.ff.de infam.
Alex.in cõſil.cxcvi.ii.vol.Deci.in.d.c.i.de of-
fi.deleg. & in.d.reg.conſil.Iaſ.in.d.l.i.C.de ſer.
fugi. & ſic excuſatur ratione ordinis non pro-
163 bati. ℂ † Circa vltimum an conſulens, & per-
ſuadens puniatur ſicut faciens, & qua pena dic
ꝙ aut conſilium fuit immediata cauſa delicti,
vt quia ille talis nullo mõ erat facturus niſi me
diante conſilio, & perſuaſione, & tunc eadem
pena punitur.c.ſicut dignum.§.qui vero de ho-
micidio. & .d.§.ſi mandato, aut non fuit imme-
diata cauſa, ſed alias erat facturus, & tunc non
punitur eadem pena, ſed mitiori, & licet Bar.te
neat indiſtincte teneri abſq; tali diſtinctione. &
Dy.in locis ſupra tamen communis eſt opinio
debere diſtingui, vt ſupra, & ita refert & ſequi-
tur Feli.faciens hanc concluſionem in.d.c.ſicut
dignum. & in.d.c.i.de offi.deleg. & Bal. in. d.l.
i.C.de ſer.fugi. ⁊ in.d.l. data opera. ver. conſi-
lium ſequentes.gl.in.§.ope. inſti de oblig. quę
ex deli.na. & in.l.i.§.perſuadere. vbi Bal. ff. de
ſer.corru. & in.l.ob hec verba. ff. de infam. Sa-
ly.in.d.l.i.C. de rap.vir. Mar.in ſing.665 in no
uiſſimis.ubi plene poſt Decium in dicto capitu.
primo de officio delegat. & alii. docto. in locis
ſupra. & Imol. in dicto capitulo primo. dicit
hanc fore communem opinionem, & tanquã
equiorem ſequi debere, & vide Boni.in rubri-
ca de inſul. & percuſſ. ſexta columna, & per
Angelum in dicta gloſa ſempron.manda. & ha
betur poſt eum, & per Paulum grillan. in dicto
tractatu de penis omni.coi.tertia columna. de-
cima queſtione. vbi diſtinguit in atrocioribus
eadem pena puniri ſi non eſſet pena determina
ta, vt per Salycetum in.d.l. prima.in aliis deli-
ctis mitiori ſi non apparet certa pena niſi quali-
164 tas aggrauet. ℂ † Et ſupradicta cõcluſio limi-
tatur, vt per Felynum in dictis locis primo non
habere locum in atrocioribus nam etiam ſi eſ-
ſet alias facturus punitur eadem pena. l. quiſ-
quis.C.ad leg. iul.maie. ita per Bald.in.d.l. da-

ta opera.ver.conſilium.& in.d.l.i.C.de ſer.fugi
ti.& per Deci.in.d.capit.i.& in.d.l. conſilii, &
Marſi.in.d.ſingul.cccccclxv. & habetur in.d.
c.felicis,& in.d.clem.i.de pen. quæ iura ita in-
telligi debent,vt per Felyn.in locis ſupra.
165 ℭ †Limita etiam in conſulente non debere
tributum Imperatori nam punitur pœna capi-
tis,vt per Ludo.monta.in trac.de reproba.ſent.
166 pila.iii.articu.ver.nec obſtat. ℭ †Limita ſe-
cundo niſi qualitas exiſtens in principali graua
ret delictum nam talis qualitas non agrauat in
conſulente,vt per Saly.in.d.l.i.vii.col C.de ra-
pt.virg.& Deci. vbi ſupra in.d.c.i. & in.d.reg.
167 conſilii. ℭ †Tertio limita niſi lex vel ſtatutũ
loqueretur perſonaliter, & in faciente nam nõ
comprehendit conſulentem ex conſequenti nõ
tenetur eadem pœna etiam ſi non eſſet alias fa-
cturus,vt per Bar.in.l.ex furtiua,cum ſeq.ff. de
condi.fur.& ſupra fuit dictum in mandante,&
per Bald.in.l.i.ff.de ſicar.& Panor.in.c. mulie-
res.de ſentẽ.excommu.per Deci.in locis ſupra.
168 ℭ †Quarto limita niſi ſtatutum diuerſam pœ
nam poneret vni & diuerſam alii,vt conſulen-
ti maiorem,nam tunc ne dum pari, ſed maiori
pœna puniretur ꝙ faciens,vt per Saly. in.d.l.i.
169 viii.col. ℭ †Quinto limita non habeat locum
in interdicto vnde vi,nam conſulens non tene-
tur eadem pœna,vt per Innoc.in.c.quærelam,
de elec.& Panor.in.d.c.ſicut dignum, & Flori.
in.l.ſeruitute.ff.quemad.ſer.amittẽ.contrarium
tamen fuit deciſum per Rotam, vt dicit & re-
fert Roma.in ſingul.incip.conſilium, & incip.
contractibus,& hoc tenet Bart.in.l.ii.ix.col.C.
de ſer.& aqua.& per Fely.in.d.c.i.&.d.c.ſicut
170 dignum. ℭ †Sexto limita in furto,nam indi-
ſtincte tenetur de conſilio.l.in furti.§.ope.ff.de
fur.Inno.in.d.c.ad quærelam.Cardi. in clem.i.
de fo.compe.Bar.& Bal.in.d.l.i.C. de ſer. fugi.
& ibi per Saly.& per Bal.in.d.l.ii.C. de ſer. &
aqua.xv.col.ver.vi.quæro,& vide per Paul.in
d.l.i.& traditur in.l.ſepe.ff.de verb.ſigni. ꝙ te-
171 netur de dolo ratione conſilii. ℭ †Septimo li
mita niſi præſtitiſſet conſilium & opem, nã tũc
indiſtincte teneretur cum in opem ferente non
fiat talis diſtinctio,ita per Bal.in.d.l.i.ii.colum.
ver.glo.noſtra,& alias limitationes,una cũ prę
dictis,vide per Deci.in.d c.i.de offi.deleg.& in
172 d reg.conſilii. ℭ †Sed qualiter probetur ꝙ
erat alias facturus Bal.in.d.l.i.C.de ſer.fugi.di-
cit conſiſtere in facto & ſic,eſſe probandum,&
in.l.metum.C.quod metus cauſa ſed dic, vt per
Pau.de caſt.in.d.l.i.& in apoſti.poſt Bar.et bal.
ibi ꝙ probatur ſi faciens faciebat præparamen
ta,vel minæ præcedebant, vel ſtante inimicitia
offenſi cum conſulente,vt per Bal.in.d.l.metũ,
& in.d.l.i.& per alios in locis ſupra,& glo.in.l.
apud celſum.ff.de excep.Ange.in.l.i.ff. de eo ꝑ
quem fact.er.& per Alex.in.d.l.metum,& Fe-
ly.in.d.c.i.& in.d.c.ſicut dignum,& per Marſi.
173 in conſi.lxii. ℭ †Et an ſi faciens excuſet con-
ſulentem ꝙ erat alias facturus proſit conſulen-
ti,dic vt p Par.in tra.ſindi.car.cxvii. aut. cxix.
174 ℭ †Sed quid in dubio præſumitur an ꝙ erat
alias facturus an non,Bal.in.d.l.data opera, &
in.d.l.i.dicit ꝙ non ex quo in dubio præſumi-
tur,& interpetratur in nõ delictum, & per bal.
in.d.l.ob hæc verba,& Pau.in.d.l.i.& plene Fe
ly.in locis ſupra,& Mar.in ſing.ccxviii.& Bal.
in.c.i.§.iniuria de pa.iur.firm. & Marſi.in.l.i.§.
diuus.ff.de ſicar.& in.l.i.C.eo. facit nam nemo
ex actu quem facit pręſumitur delinquere.l.me
rito.ff.pro ſocio gloſſ.in.l.qui iniuriaſſe.§.ſi pa-
ter.ff.de iure.iu. Alexã.in.l.i.C.de his quibus vt
indi.& in conſi.lxxiiii.& in conſi.cxcii.ii. vol.
& conſi.cvi.& præceden.iiii. volu. & conſilio
lxx.i.volu.niſi quando delictum fuiſſet ſibi fa-
175 uorabile,vt ibi. ℭ †Facit nam cõſilium quod
poteſt ſe habere ad bonum, & ad malum in du
bio præſumitur,& interpretatur ad bonum &
non ad malum,vt per Bald.& Iaſ.in.d.l.i.C.de
ſer.fugi.& Alex.in conſi.ccxx.ii.volu.& Fely.
in.c.auditis.in fi.pen.col.de pręſcrip.vbi ſtatur
proprie interpretationi,& per Deci.in.d.c.i.de
offi.deleg.& in.d.reg.conſilii.Alexan.in conſi.
cxxviii.iiii.volu.immo ipſemet poteſt interpre
tari,vt ibi per eos,& Fely. vbi ſupra faciunt ẽt
alia dicta de loquẽte ad aurem, vt ibi per Fely.
ex conſequenti in dubio teneretur conſulens ni
ſi fuiſſet probatum ꝙ eſſet alias facturus, vt ibi
176 per eos per modos,vt ſupra. ℭ †Punitur etiã
conſulens quia tenetur ad emendam, & reſar-
tionem damnorum & intereſſe,vt per Inno.in
d.c.ſicut dignum.Ant.& Ana.in.c.tua nos.de
homi.plene Fely.in.d.c.i.& in.d.c.ſicut dignũ.
vbi limitat niſi eſſet alias facturus nam tunc nõ
177 teneretur. ℭ †Et not.ꝙ tenetur de illo dam-
no tantum,& non ſequentibus,vt per Bar.in.l.
inde neratius.§.i.ff.de ſer.cor. Iaſ.i.d.§. omnes
inſti.de actio.poſt Fabr.& Ang.vbi dixit Iaſ.ꝙ
deflorans virginem non tenetur de aliis forni-
cationibus ſequentibus,an autem,& quando, &
qualiter fiat reſartio damni per conſulentem, &
per plures principales,& an vno ſoluente cete
ri liberentur,dic vt per Fely.in.d.c.ſicut. in fin.
& Ang.in glo.auxiliatorem.item conſulens,et
perſuadens tenetur de dolo,vt in.l.cum quis,&

178 ibi Bar.ff.de dolo. Hæc de conſulente. ℭ † Se-
quitur de perſuadẽte perſuadens dicitur qui ali
quid perſuadet ad vtilitatem facientis, & non
ſuiipſius, vt per Bar.in.d.§.ſi mandato. Saly.in
d.l.i.C.de rap.vir.differt autẽ a mandato quod
ſit gratia ipſius mandantis & a conſilio, & inſti-
gatione non differt, vt per Bar.in.d.§.ſi manda
to.ii.col.& in fi.& Alex.in conſi.clxvi.iiii.vo-
179 lu.ſeq.& ſeq.conſi. ℭ † De pœna autem per-
ſuadentis diſtinguitur, vt in cõſulente, vt ea quę
de conſulente dicta ſunt dicenda ſint de perſua-
dente, & inſtigante de qua perſuaſione, & inſti
gatione, vt in.d.c.ſicut dignum.&.d.§.ſi man-
dato.l.i.§.perſuadere.ff.de ſer.corr.vt teneaſ ſi
erat cauſa delicti, & ille non erat alias facturus,
& in.l.ſi quis ſeruo.C.de fur.& per Felyn.in.d.
c.ſicut dignum.& in.c.i.de offi.deleg.& ea quę
de conſulente ſuptadicta ſunt hic referas quo-
180 niam ibi permixtim fuit dictum. ℭ † Et de p-
ſuadente, conſulente, ſollicitante, & hortante,
dic vt per Bal.in.d.l.ob hæc verba.ff.de infam.
& in.d.l.cum quis.ff.de dolo.& in.l.i.§.ſi cura-
torem in ſumma.ff.de magi.conuen. Alex.poſt
Bar.in.d.§.ſi mandato.vbi etiam Bar.dicit inſti
gationem eſſe perſuaſionem, & differre a man-
181 dato. ℭ † Et dixit Bal.ꝙ ſi eſt inquiſitus de mã
dato, & probetur inſtigatio abſolui debet, vt p
Bal.in.d.l.ob hæc verba Alexã.in conſil.cxvi.
iiii.volu.& in.l.habebat.ff.de inſtituto.& dixit
etiam Bal.Ang.& Imo.in.l.quid ergo.ff.de leg.
i.Alex.poſt Bar.in.l.i.§.quanꝗ.ff.de iniur.ꝙ in
ſtigato percuſſoris clerici incidit in excommu-
182 nicationem ſicut faciens. ℭ † Quid autem de
aſſentiente delicto & exiſtente preſente, & po-
tente, & prohibere & non prohibuit an tenea-
tur ſicut faciens de hoc per Bel.in pra.in rubr.
de quæſtio.vii.col.Mar.in conſi.cxxvi.& in.l.
i.in prin.ff.de ſicar.& in.l.eiuſdem.§.item.& in
l.nihil intereſt.ff.eo.in.l.i.C.de rap.vir. Fely.in
c.i.de offi.deleg.& in.d.c.ſicut dignum.vbi ple
ne, & limita, & diſtingue inter ius ciuile ꝙ non
teneatur obuiare niſi in quibuſdam caſibus, vt
ibi per Fely.& per Math.in conſti.ſi quis in po
ſterum.xx.no.& per Capi.in deciſio.ſac.conſi.
cxxx.vbi ſi officialis patitur vim, & iniuriam in
præſentia ciuium ciues tenẽtur iuuare alias pu
niuntur. De iure canonico ꝙ tenetur alias puni-
tur, vt in.c.quanto.de ſent.excommuni.& per
Ang.in.l.i.C.de nili.ager.non rump.& Roma.
in conſi.cccxiiii.& ſupra fuit dictum in mate-
183 ria auxilii. ℭ † Et de ſubieſtione vide in.d.c.ſi
cut dignum.§.qui vero ibi animum regis ſuis
ſubieſtionibus inflammaſſet, vt ſi alias rex non
faceret teneatur ſubieſtiens eadem pœna qua fa
ciens, vt ibi per glo.quod limita quando in ſpe
cie contra talem inflammaſſet, & non in gene-
re, vt ibi per Anto.& de prohibere valente, &
non prohibente an ſit irregularis? dic vt per Ni
co.plouis.in trac.irregula.xx.irregulari.vbi etiã
ſi amici mei occidant me prohibente an ſim ir-
regularis. Hęc de perſuadente & aliis. Sequitur
de ratum habente in quo primo videndum eſt
ex quibus verbis inducatur ratihabitio. ſecũdo
quæ delicta poſſunt ratificari. tertio an ratiha-
bitio ęquiparetur mãdato in delictis. quarto de
184 pœna habentis ratum maleficium. ℭ † Circa
primũ inducitur ratihabitio ex verbis expreſ-
ſis ipſius ratum habentis, vt quia dicat conten-
tor de eo quod feciſti, vel placet mihi, vel gau-
deo, vel bene egiſti, vel ero tibi de hoc obnoxi-
us de hac vindicta quam pro me feciſti, vel alia
huiuſmodi verba dixerit indicantia concurren
tem voluntatem, ſiue loquatur cum delinquen-
te ſiue cum alio, vt per Barba.poſt Bar.in.l.i.§.
ſed & ſi cum quis.ff.de vi & vi arm.& ibi p gl.
inducitur etiam ratihabitio per non contradi-
ctionem vt ſi ei dicatur talis pro te, & tuo nomi
ne occidit talem, & ille non contradicat cenſe-
tur ratificate delictum vt per Oldr.in conſilio
cxcviii.incip.pro fundamento aduertendũ fa-
cit glo.in.l.quo enim.ff.rem rat.hab.Mar.in cõ
185 ſi.ciiii. ℭ † Itẽ inducitur ratihabitio ſi ex poſt-
facto receptauerit delinquentem, & magis dili
geret, & in amicum haberet, vt no.in.c.cũ quis.
de ſent.excõ.in.vi.vbi etiam gaudendo induci-
186 tur ratihabitio. ℭ † Sed an fideiubendo pro
eo qui fecit delictum nomine fideiubentis intel
ligatur ratificare, dic ex dictis glo.& Bald.in.l.
exceptione.C.de euic.vbi fideiubendo non dici
187 tur conſentire, ſed vt quilibet facit. ℭ † Et qd
ſi familiaris meus receperit occiſorem i domo
& gauiſus fuerit maleficium eſſe commiſſum an
ex hoc pręſumatur ratificatio delicti in me, dic
vt per Fely.in.c.afferte.circa fi.iiii.col.de præ-
188 ſump.ꝙ non. ℭ † Sed an inducatur ratificatio
ſi dicatur ſi ille non feciſſet feciſſem ego vulga
riter dicendo lo torneria ad fare io, dic ꝙ nõ, vt
per Corn.in conſi.xxii.iiii.volumi.ſub li.f.
189 ℭ † Circa ſecundum, dic ꝙ ad inducendam ra
tihabitionem multa requiruntur de quibus per
Card.in cle.i.§.volumus.de fo.compe.& cle.i.
de pen.Fely.in.c.poſt ceſſionem.de proba.bal.
in.l.fi.C.ad maced.Alex.in conſi.xxvi.vi.vol.
& conſi.clxviii.v.volu.& inter alia ꝙ inueniat
principium affirmabile, & ꝙ actus medius non
impediat coniunctionem extremorum, ſed de

faciſi coniunguntur extrema, & iuris fictio nō
refragaretur ex quo ratificatio inducitur p quā
dam fictionem, & non realiter dicitur delinque
re & facere, vel mandare, vt per Bal. in. l. ſi quis
pro emptore. v. col. ff. de vſuca. Alex. in conſil.
190 xxvi. vi. volu. ¶ † Et ideo maleficium quod
non poteſt explicari per extraneum inſtrumen
tum, nec per iuris fictionem, vt eſt adulterium
quod non poteſt per alium explicari, & cum p
naturam ſit impoſsibile per alium explicari im
poſsibile erit per artem, & iuris fictionem, vt p
Bald. in. d. l. non ideo. & in. l. i. §. ne autem. C. de
cad. toll. Ant. poſt Inno. in. c. ii. de ord. cog. Bal.
& Ang. in. l. iii. §. i. ff. ꝙ quiſ. iu. & in. l. i. §. ſi pro
curator. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. Ro. in. l. ſi
quis miſſum. in prin. ff. de dam. infe. Old. in con
ſi. cxcix. & ita Bal. poſt Cy. in. d. l. fi. C. ad mace
do. ꝙ adulterium factum nomine meo ratū ha-
bere non poſſum, vt puniar de adulterio, & gl.
idem dicit in. l. i. §. ſed & ſi cum quis. ff. de vi &
vi arma. Bar. vero ibi tenet contrarium, nam li
cet te adulterante nomine meo impoſsibile ſit
ꝙ ego adulteraſſem tamē idem eſt in homi. nā
te occidente ego non occidi, & tamen per adul
terium, & homicidiū fieri poteſt iniuria, ⁊ ideo
poſſum mandare ꝙ occidat, aut adulteret, ⁊ hęc
faciendo iniuriam facio ex conſequēti poſſum
ratificare nomine meo geſtum, ſed dic ꝙ aut q̄-
tis de puniendo ratificantem de adulterio, ⁊ tūc
Bar. non negat ꝙ non poteſt puniri ex quo im-
poſsibilę eſt ꝙ adulteraſſet, aut vt alia pœna pu
niatur, vt de iniuria, & tunc punitur ex quo ita
fieri poteſt iniuria per adulterium ſicut per alia
crimina, ita per Bal. in. d. l. non ideo. xii. q. & Fe
ly. in. c. mulieres. de ſent. excom. Bald. in. l. quid
ergo. ff. de in fa. & vide glo. in. c. ſciant cuncti. de
electio. in. vi. & Panor. in. d. c. mulieres. & quæ
habentur poſt Bart. in. d. §. ſed & cum quis. vbi
etiam dicit Bar. ꝙ poſſum ratificare factum, &
non qualitatem facti, & Ange. in glo. ſempron.
man. xv. q. ver. nunc. xv. & Bar. in. d. l. i. §. ſi ꝓ-
curator. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. & ꝙ per
adulterium fiat iniuria per Bal. in. c. i. vii. col. q-
bus mod. feud. amit. vbi præſtando auxiliū, vel
ſuadendo adulteriū vxori domini vaſſallus feu
do priuatur, & Alex. poſt Bar. in. l. item apud. §.
ſi quis. ff. de iniuriis. vbi limita ſi ſcienter & non
191 ignoranter. ¶ † Et quid ſi eſt facta pax pro ſe
& complicibus ſi complices fuerunt offenſi an
per ſecutam ratificationem pax ſit rupta, dic ut
per Bal. in. l. fi. C. ad macedo & Ang. in. l. qui re
ligioſis. ff. de rei vendi. doct. in. c. i. de poſtu. prę-
lat. Bar. in. l. ſi quis vxoris. §. ſi quis. ff. de adult.
192 ⁊ ibi per Alex. poſt Bar. † Circa tertium an
ratihabitio æquiparatur mandato in delictis de
hoc in reg. ratihabitio, & in regu. ratum de re-
gulis iur. in. vi. vbi per Dyn. & Ancha. Innoc. &
Panor, & alios in cap. cum vos. de his que fiunt
a præla. ſine conſenſu capituli. Specu. in titu. de
abolit. §. ii. verſi. is igitur. Gand. in rub. de furtis
iii. col. & Bel. in pract. in tit. de quæſtio. colū. iii.
Bal. & Salyc. in. d. l. non ideo. vbi tractat mate-
riam per quinq; quæſt. quas vide & per Angel.
in glo. ſempro. mand. xv. q. Cy. & Bal. in. d. l. fi.
C. ad macedo. Fely. & alii in. d. c mulieres. Are
ti. in conſi. cxxviii. Ang. in conſi. clxi. Alexā. in
conſi. clxxviii. & conſi. lxxxi. v. vol. Car. in cle
men. i. de fo. compe. & in cle. i. de pe. Bar. Imo.
& Iaſ. in. d. l. ſi quis pro emptore. Bald. in. l. i. C.
de ſer. fugi. plene in. l. obſeruare. §. fi. ff. de offic.
proconſ. vbi materiam expedit per. xv. quęſt. ⁊
Ang. in. l. ſi pupilli. §. item quæritur. ff. de nego.
geſt. & Alex. in. d. conſi. xxvi. vi. vol. Ang. in. l.
iii. §. i. ff. quod quiſ. iur. & in. d. l. ob hæc. ff. de in
fami. & in. d. §. ſi mandato, & in. l. iulianus. ff. q
ſatiſd. cogan. & in dicta. l. prima. §. quoties. ff.
de vi ⁊ vi arm. glo. in capitulo omnes. xvii. quę
ſtione quarta Geminia. in. d. capitu. ſciant cun-
cti. de electio. in. vi. Mar. in ſing. clxxxiiii. plene
Fely. in. c. ſicut iuris. de ſimo. doct. in. c. ii. de or-
di. cog. Gemi. plene in. c. cum quis. de ſent. excō
mu. in. vi. Math. in conſti. terminum vite. vi. no.
q. x. Iaſ. in. l. prætor. §. hoc interdictū. ff. de ope.
no. nun. ⁊ plus dixit in. l. ſi quis. §. ſi procurat. ff.
quod quiſ. iuris. ꝙ nedum ęquiparatur mandato
in delictis, ſed in habentibus ſpeciem delicti, ⁊ p
193 Socy. in conſi. cxxviii. i. vo. ¶ † Fallit primo
niſi lex expreſſe requireret mandatum nam nō
ſufficit ratihabitio ſecundum Bald. in. l. pen. v.
col. C. de execu. rei iudi. Alex. poſt Bar. in. l. bo-
norum. ff. rem ra. ha. vide Iaſo. in. d. l. ſi quis pro
194 emptore. xl. col. ſeq. & ſeq. ¶ † Secundo fal-
lit quando ratihabitio tenderet in pręiudicium
tertii nam non retro traheretur, nec mandato
æquipararetur, vt per Barto. in. l. res aliena. ff. de
pigno. actio. & per Deci. in. l. ſemper. quæ non
prohibent. ff. de regulis iuris.
195 ¶ † Circa tertium? dic quod aut delictum fuit
geſtum nomine ratum habentis, & ille ratum
habet tanquam nomine ſuo geſtum, & tunc
tenetur ſicut mandans aut nomine ſuo non eſt
geſtum, vel ſi nomine ſuo geſtum non ratifi-
cat tanquam nomine ſuo geſtum, & tunc non
tenetur ſicut faciens, & ideo articulandum eſt
fuiſſe factum maleficium, & homicidium nomi
ne ratum habentis & ille tanquam nomine ſuo

geſtum ratificauit, ita per glo. & Bar. in. d. l. i. §.
ſed & cum quis. ff. de vi & vi arm. p illum text.
& in. c. i. de homi. in. vi. & Ange. in. d. gloſ. ſem-
pro. mand. xv. q. & per Thom. gram. in conſil.
xx. in fin. & per Ioan. de ami. in conſi. xxxviii.
alias ſi aliquod prędictorum deerit non tenetur
ratum habens. Iaſo. in. d. l. ſi quis pro emptore.
poſt eum. xi. car. xlii. col. dicit tunc eadem pœ-
196 na teneri ſicut faciens. ℭ †Fallit primo niſi
lex requireret actum perſonalem nam non ſuf
ficeret habere ratum, & maxime in ſtatuto, vt
Ana. in. c. ſicut iuris, de ſimo. per gloſſ. & Cardi.
in. c. i. de conuer. in fid. quod tamen Felyn. ibi in
d. cap. ſicut. reprehendit per. c. ſi quis ſuadente,
xvii. q. iiii. quæ loquitur per actum perſonalem
ibi manus violentas iniecerit & tamen per rati
habitionem eſt excommunicatus, vt no. in. d. c.
cum quis. de ſent. excommu. in. vi. quod tamen
procedit iure canonico quo ad actum irregula
ritatis, vt per Nico. ploui. in tra. irreg. xxvi. irre
gul. & Spec. in tit. de diſpen. §. iuxta. & per Io.
and. in. d. c. cum quis. in nouę. & per Anto. in. c.
ii. de ord. cog. & Fely. in. c. ſicut dignum. iiii. co.
ver. iii. fallit de homic. vbi clericus habens ratũ
homicidium non ſuo nomine geſtum non effici
tur irregularis, vt per Specul. in. d. §. iuxta ver.
ſed cor. ſecus ſi nomine ſuo vt per Fely. ibi licet
commiſſum eo ignorante. Secus de iure ciuili
nam ratum habens ficte dicitur mandare vel fa
cere per tradita in. d. l. ſi quis pro emptore, &
Alex. in. d. conſi. xxvi. & ibi ꝙ non habet locũ
vbi lex, & ſtatutum perſonalitatem requirit, &
ſupra fuit dictum. Et an & quando teneatur de
iure canonico ratum habẽs per Augu. poſt An-
ge. in. d. glo. ſempro. mand. & Car. in. d. clem. i.
de pœnis, & Mar. in. d. ſing. clxxxiiii. & Fely. in
d. c. ſicut dignum. & in. c. a nobis, de ſent. excõ-
muni. & Iaſ. in. d. ſi quis pro emptore. xl. colũ.
197 ℭ †Secundo fallit niſi lex requireret dolum
tractatum, & machinationem nam non com-
prehenderetur ratum habens delictum, vt p Ge
mi. in. d. c. cum quis. in prin. de ſent. excommu.
in. vi. vbi ita intelligit glo. in. d. c. i. de conuer. in
fid. fallit in diſpoſitione. c. felicis. de pen. in. vi. &
198 cle. i. de pe. & ibi per Card. ℭ †Tertio fallit in
tacita ratificatiõe per ſigna nam vt teneatur eſt
neceſſe ꝙ expreſſe ratum habuerit, ita per Ant.
de but. in. c. ii. de ordi. cog. ix. col. alleg. gloſſ. &
Bar. in. d. §. ſed cũ quis. ver. expreſſe quod ver-
bum nec in glo. nec in Bar. videtur facit tamen
pro hoc ꝙ non teneatur pœna ordinaria quia
tunc ſi per ſigna puniretur eſſet punire ex præ-
ſumptionibus, & clarum eſt quod quando ex
præſumptionibus damnatur pœna minoratur,
& non corporalis imponitur vt traditur in ca-
pitulo afferte de præſump. & per Inno. in. c. au
ditis de præſcrip. & in. c. quia veriſimile de prę
ſumpt. & ibi Panor. & Gand. in rubri. de indi. in
dubi. ad condemna. Bru. in tra. indi. & alias ple
199 ne fuit dictum. ℭ †Quarto fallit in ſtatuto,
nam non comprehenderetur ratificans delictũ,
loquente in faciẽte nam ratum habens dicitur
facere per fictionem vt per Iaſ. in. d. l. ſi quis p
emptore & in. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff.
de acqui. here. quæ locum non habet in ſtatutis
l. iii. §. hæc verba. ff. de neg. geſt. Immo hic due
concurrerent fictiones vna ꝙ fingeretur man-
daſſe & alia ꝙ fingeretur feciſſe quæ due fictio
nes ſimul & ſemel circa idem non poſſunt con-
currere vt per docto. in. d. l. ſi quis pro emptore
vbi de ratihabitione per fictionem, & ibi quod
fictio non habet locum in ſtatutis vbi etiam de
mandante comprehendatur ſub ſtatuto de fa-
ciente quę no. pro intellectu conſtit. reg. termi-
num vite an comprehendat ratum habentẽ eli-
ce ex ſupra dictis maxime quia. d. conſti. requi-
rit perſonalitatem vt ex ea patet. Et no. quod ſi
fuiſſet præſens delicto & ratificaſſet factum cẽ-
ſeretur mandaſſe delictum. l. qui patitur. ff. man
da. idem ſi mandaſſet deinde reuocaſſet manda-
tum & poſtea ratificaſſet cenſeretur mandaſſe
& de mandato teneretur. l. ſemper ſit. ff. de reg.
iur. ita per Areti. in. l. ſi pœcuniam. C. de neg. ge.
200 ℭ †Not. etiam quod ratihabitio nõ producit
actionem & ideo non poteſt conueniri in loco
ratihabitionis ſed in loco facti delicti, vt p Bal.
in. d. l. ſi pecuniam, & de materia ratihabitionis
videndus Saly. in. d. l. non ideo minus. qui plene
pertractat materiam per. v. q. & ibi per eum de
pœna ratum habentis. Et per hæc datus eſt finis
huic. §. quot modis homicidium committatur.
Sequitur videre de quarto principali quęſito q-
bus ex cauſis homicidium excuſetur.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium ex quibus cauſis excuſetur proſequere materiam per totum. §.*

2 *Etas minorem excuſat a pœna ordinaria homicidij ut infans excuſatur & quid in doli capace & adulto nu. 3. & nu. 4. & quid ſi geminaſſet delictũ an reputet maior nu. 5.*

6 *Minor qñ teneatur ex delicto in ommittẽdo.*

7 *Minor an torqueri poßit.*

8 Quid

8 *Quid ſi minor committit homicidium in minori ætate an effectus maior puniatur ordinaria pena et ſicut maior an ſicut minor.*

9 *Confeßio minoris an præiudicet minori & quidſi cum curatoris authoritate an poßit petere ſe reſtitui nu.10.*

11 *Minor an & quando in delictis poteſt reſtitui.*

12 *Senex an excuſetur a pœna ordinaria homicidij & an torquetur.*

13 *Furioſus an puniatur de homicidio an uero furor excuſet & quid ſi occidit ante furorē an puniatur exiſtens in furore num.14. et quid ſi proceſſus fuerit factus de homicidio & furor ſuperueniat poſt ſententiam an ſuperſedeatur in executione nume.15.& limita ut infra.*

16 *Furor qualiter probetur.*

17 *Confeßio furioſi an noceat.*

18 *Quid ſi habeat dilucida interualla an præſumatur deliquiſſet tempore ſanitatis.*

19 *Dementia an excuſet & an inſania nu.20.*

21 *Prodigus an excuſetur in delictis.*

22 *Ebrietas an excuſet ab homicidio & pœna ordinaria.*

23 *De blasfemante per ebrietatem qualiter puniatur & qualiter iure canonico nu.24.*

25 *Dormiens ſi delinquat an et qualiter puniat.*

26 *An occidens pro ſua defenſione excuſetur & materiam defenſionis proſequere.*

27 *Occidens ad ſuam defenſionem an teneatur et an peccet & de ſacerdote ſe defendente in celebrando an poßit perficere celebrationem,& an ſit irregularis.*

28 *Bannito an liceat ſe defendere.*

29 *An liceat pro tuitione rerum occidere ſicut pro tuitione corporis & quid iure canonum num.30.*

31 *An liceat defendere res ex interuallo impune & quid ſi iniuſte poßideatur nu.32.et quid ſi res ſit parui præiudicij nu.33.& quid in fure diurno nu.34.& an liceat perſonis eccleſiaſticis nu.35.& an religioſis nu.36.*

37 *An pro defenſione rerum liceat amicos congregare.*

38 *An pro defenſione dignitatis & officij liceat occipere & an pro honore & conuicio nu.39.& quid ſi imminet periculum perſonæ, & non mortis num.40.*

41 *An liceat defendere filium occidendo & an filium naturalem nu 42.quid econtra nu.43.*

44 *An liceat fratrem defendere.*

45 *Si frater uidens fratrem rixantem credens aggreſſum occidat an teneatur.*

46 *An liceat conſanguineos defendere.*

47 *An liceat marito uxorem defendere & econtra & an concubinam & ſponſus ſpōſam.*

48 *Socio an liceat defendere ſocium.*

49 *An liceat amicum defendere.*

50 *An liceat hominem incognitum defendere.*

51 *An liceat domino ſeruum uaſſallum aut alios ſubditos & econtra.*

52 *Si uaſſallus non defendat dominum an ammittat feudum. Et an cum periculo uitæ ſue nume.53.& quid ſi dominus ſit bannitus rebellis aut excommunicatus nu.54. Et an in bello iniuſto.55.& an contra alium dominum & cui ex duobus & quid ſi conuaſſallus dominum defendat an non defendendo ammittat feudum & an contra ſeipſum nu.56.&.57.quid ſi uaſſallus ſit inhabilis nu.58. & an dominus teneatur uaſſallum defendere & quid ſi non defendat nu.59.*

60 *Ciuitas & homines ciuitatis an teneantur defendere officialem patientem uiolentiam.*

61 *An teneatur clericum defendere.*

62 *An liceat extraneum ignotum defendere impune & quid ſi non defendat an teneatur & an ei denunciare et non denunciando an & quando teneatur proſequere nu.63.*

64 *Officialis ſi uidet aliquem interfici. Et non occurrit an puniatur.*

65 *An in caſu quo licet defendere poßit armis defendere.*

66 Quid ſi quis promiſit defendere & defendẽs paſſus ſit dãna & intereſſe an teneatur defenſus ad damna & intereſſe.

67 An & quando teneatur quis obuiare delicto & non obuiando teneatur, & quid præſumitur in dubio & an ſi clericum non defendat ſaltim acclamando ſit excommunicatus nume. 68.

69 An pro perſonis quas licet defendere liceat defenſam imponere.

70 Quibus & contra quos liceat defenſio & an bannito & an ſoriudicato.

71 An liceat filio contra patrem uel ſeruo contra dominum ſe defendere & an uaſſallo cõtra dominum.

72 An licet baroni uerberare uaſſallum.

73 An & quando liceat reſiſtere contra officialẽ exequentem. Et an liceat officiali condemnatum occidere & quando nu. 75. & nu. 78.

74 Eximens condemnatum de manibus familiæ tenetur crimine læſæ maieſt. ſi iuſte fuit captus & condemnatus alias non.

75 An liceat officiali exequenti occidere condemnatum reſiſtentem uel alium reſiſtentem in captura & quando et quid ſi capiatur pro debito ciuili nu. 76. & quid ſi cognoſcat familiam officialis an liceat reſiſtere familiæ nume. 77.

75 An & quando liceat reſiſtere officiali & iudici limita quatuor modis.

79 Si officialis regis occidatur odio priuato an committat crimen læſæ maie.

80 An officiali de facto torqueri licet reſiſtere et an ducenti ad mortem iniuſte condemnatum & an cum amicis nu. 82.

81 Officialis ſi iniuſte carcerauit an carcerato licet occidere cuſtodes.

83 An liceat regi, & ſuperiori iniuſte procedenti reſiſtere.

84 An licet regem tirannum occidere.

85 An ſi condemnatus appellauit liceat conſanguineis reſiſtere officiali exequenti appellatione pendente & quid ſi ſententia eſſet notoriæ iniuſta ſi non appellat an liceat reſiſtere nume. 86.

87 An defendendo liceat Papam cardinalem & imperatorem occidere.

88 An liceat ſe defendere contra animal brutum furioſum & dormientem.

89 An liceat contra mediatorem ſe defendere.

90 An ſocium criminis auxiliantes & mandãtes licet occidere.

91 An liceat defenſio ſi nõ actu offendat ſed dum præparato offendere.

92 An minantem licet occidere.

93 An ex minis præſumitur occiſus ut torqueri poſſit.

94 An ſi immineat periculum perſonæ licet non mortis liceat occidere.

95 Defenſio licita eſt cum moderamine inculpatæ tutelæ & in quibus conſiſtat moderamen circa tria in æqualitate armorum nu. 96.

97 Si inſultetur baſtono an liceat enſe ſe defendere & quid ſi uolens pugno percutere, Et ille gladio nu. 98.

99 Si robuſtus pugno pcuti an debili liceat enſe.

100 Quomodo intelligitur moderamen.

101 Si uerbis inferatur iniuria uerbis licet propulſare ut ſi uocat latronem licet aliam dicere iniuriam et quid ſi facto propulſet an puniatur nu. 102.

103 Iniuriato uerbis an & quando liceat dicere tu mentiris.

104 An dolus cum dolo compenſetur, & quãdo.

105 Si unus adulterat uxorem alterius & ille ſuam adulterantis an compenſetur.

106 Si uir detineat concubinam an mulier adultera perdat dotem.

107 Defenſio in continenti fieri debet, & quãdo dicatur incontinenti fieri nu. 108. et. 110.

109 An articulari debet factum incontinenti & probari.

110 An ſi occidat inſultãtẽ & fugientẽ teneatur.

111 Quid ſi accuſaui aggreſſorem & captus au-

ſugit & uideo fugientem an ex interuallo poſſum occidere.
112 An pro defenſione rerum debeam incontinenti occidere an ex interuallo poſſim.
113 Si ſciens aliquem accedere ad fundum meum ut me expellet ſi occidam an puniar.
114 An liceat occidere clauſula me turbantem in poſſeſſione.
115 Quid ſi quis ingrediatur auctoritate iudicis an liceat reſiſtere.
116 An pro defenſiõe priuilegij ĩ cuius quaſi poſſeſſione exiſtit ſi impediatur liceat occidere.
117 An puniatur creditor de facto detinens debitorem pro debito aut cenſu.
118 An liceat expulſorem uel aggreſſorem capere & non teneri de priuato carcere.
119 Et an liceat bannitum & foriudicatum capere & non teneri de priuato carcere.
120 An detinẽs mulier libidinis cauſa teneatur de priuato carcere & quid ſi habeat ex priuilegio poſſe detinere nu.121.& quid ſi detineat nõ tamen ligatũ an teneatur nu.122. & an liceat detinere quem redemit ab hoſtibus pro precio recuperando nu.123.
124 Quando dicatur incontinenti in temperamẽto temporis.
125 De temperamento cauſæ ut fiat ad defenſam & non ad uindictam.
126 An defenſio debeat eſſe neceſſaria ut excuſet & ſi teſtes dicant ſimpliciter ad defenſam feciſſe,et non dicant neceſſariam defenſionem an ſit probata defenſio.
127 Si uideo armatum contra me uenientem & occido an dicitur factum ad defenſionem.
128 Et an ſufficiat periculum iniuriæ perſonalis ut dicatur factum ad defenſam.
129 In dubio an preſumatur factum ad defenſam.
130 An iure canonico quo ad irregularitatem requiratur factũ ad neceſſariam defenſionẽ.
131 Inſultatus an teneatur fugere ut non fugiendo non dicatur factum ad defenſam.
132 Qualiter ex quibus probatur feciſſe ad defenſionem & quid præſumatur conſtito de inſultu & an ex præparamẽtis ut enſem euaginãdo & quid ſi dicant fuiſſe in diſcrimine uitæ conſtitutũ & quid ſi primo occidens fuerit percuſſus nu.133.134.135.136.
137 Ex duobus rixantibus quis præſumitur aggreſſor & aggreſſus & quid ſtante altero bonæ fame.139.
138 Si eſt facta pax inter duos & non apparet quis primo fuerit aggreſſor an pax ſit rupta & quis teneatur de pace rupta.
140 Ex quibus præſumitur aggreſſor aut inſultatus an qui primo prouocauit nu.141.et an ex præparamẽto ad offendendum nu.142. & an qui meliora arma habeat nu.143.et an ex acclamatione ſuccurrite ſuccurrite præſumatur inſultatus nu.144.Et an ſi uadat ſe retrahendo nu.145. Et quid ſi alter fuerat rixoſus nu.146.an ille qui eſt robuſtior nu.147.& an qui grauior ſit uulneratus nu.148.& an ex uerbis prolatis nu.149.& ibi quid in dubio præſumatur et an ſtetur iuramento inquiſiti quod fecerit ad defenſam nume.150.
151 De exceſſu in ſe defendendo et an teneatur de toto an de exceſſu & nu.152.& ibi quid ſi dolo excedit nu.153.
154 Excedere quo modo dicitur.
155 Si duo dederint ad inuicem fideiuſſionem de non offendendo & alter exceſſerit in ſe defendendo an teneatur ad pœnam.
156 Qua pœna puniatur excedens in ſe defendendo et pro exceſſu in ſe defendendo etiam ex propoſito nu.158.
157 An poteſtate iudicis eſt deportare homicidã quem impulit iracundia etiam aliunde proueniens.
159 An teſtes per uerbum uidetur uel iudicio deponentes ad defenſam admittantur ut probent & an admittantur teſtes inhabiles ad defenſam num.160.& an ad repulſandum, & ibi declara.

161 *An magis credatur teſtibus affirmantibus quam negantibus & quid ad defenſam.*

162 *Teſtes ad defenſam quandocunque admittuntur.*

163 *Quid ſi confitetur homicidium ſed dicit factum ad defenſionem an confeſſio diuidatur & præiudicet confitenti & qualiter reſpõdere debet ut non confiteatur & quid ſtante ſtatuto quod ſimpliciter debeat reſpondere nume.164.*

165 *Quid ſi a principio negat factum deinde uidens probari ex interuallo confiteatur factum ad defenſam an admittatur.*

164 *Quid ſi non probauerit factum ad defenſam ut confeſſus extitit an puniatur pœna ordinaria & qua pœna & an torqueri & numero.167.*

168 *Ex præſumptione a lege inducta an ad mortem condemnari poteſt.*

169 *Si in reſpondendo reus dixerit feciſſe animo ulciſcendi qualiter interpretetur dictum.*

170 *Iuſto dolore commotus ſi occidat an et quando excuſetur a pœna ordinaria.*

171 *An et quando calore iracundie commotus occidit excuſetur & quomodo intelligitur & infra quantum tempus poteſt declarare factum calore iracundiæ nume.172.& ibi de confeſſione facta calore iracundiæ.*

173 *Metus inſtantis periculi an excuſet a pœna homicidij ut in tiranno mandante occidere an liceat mandatario occidere tirannum et de domino mandante famulo ut occidat uxorem.*

174 *Si aggreſſus accipiat mediatorem et utatur eo pro clipeo ne occidatur. Et mediator fuit occiſus an excuſetur ex quo ut euadat periculum uitæ.*

175 *Miraculum & diuina reuelatio an excuſet a morte,ut ſi laqueus ſuſpenſi incidatur.*

176 *An ſi per libidinem occidat excuſetur a pœna ordinaria,& quid in muliere carcerata an excuſet libido.nu.177.*

178 *An adulterando uxorem dicatur pacem rumpere,& fideiuſſionem de non offendendo.*

179 *Error & ignorantia an excuſet a pœna ordinaria,et quando, & an ignorantia iuris, & an iuris naturalis, & qualiter probetur, & an delinquendo præter cogitatum puniatur.*

180 *Si fuit condemnatus,ut eruatur unus oculus, uel amputetur una manus puta dextera,& executor eruat alium,uel amputet aliã manum an iterum puniendus ſit, & executor puniatur.*

181 *Si condemnetur quis quia occidit Titium qui uiuit, uel confiteatur occidiſſe Titium qui uiuit an noceat.*

182 *An & quando confeſſio in iudicio facta poſſit reuocari tanquam erronea iurata, aut geminata,aut ratificata.*

183 *Imprudentia an excuſet a pena ordinaria.*

184 *Neceſſitas an excuſet a pena ordinaria homicidij.*

185 *Homicidium culpa,& non dolo commiſſum, an & qualiter puniatur.*

186 *De excuſationibus ciuilibus proſequere, & primo de occidente nocturnum depopulatorem agrorum,et diſrobatores ſtratarũ.*

187 *An occidens furem nocturnum, uel diurnum excuſetur limita numer.188.189.190.& nume.191.*

192 *Occidens debitorem fugientem, & telo ſe defendentem an excuſetur.*

193 *Occidens transfugam hoſtem proditorem ciuitatis an teneatur.*

194 *Occidens aſſaſſinum an teneatur.*

195 *Occidens foriudicatum an teneatur,& an liceat fratrem,aut patrem foriudicatum, & an proditorie,& an exiſtentem in poſſe familiæ.nu.196.197.198.*

199 *Si quis receptauerit bannitum deinde ceperit & duxerit ad iudicem an teneatur,ut receptator.*

200 *An occidens bannitum teneatur, & quando.*

201 An ualeat ſtatutum,& conſti.pœnam ut bã nitus,uel ſoriudicatus occidi poſsit.

202 An occidens ignorãter bannitum teneatur.

203 Si credens Titium Ioannis bannitum qui nõ erat an occidendo teneatur.

204 An occidens bannitum qui erat rebannitus non tamen cancellatus teneatur.

205 Hñs arbitriũ an poſsit uigore arbitrij cõdemnare occidentẽ bannitũ, aut ſoriudicatũ.

206 Quid ſi credebat bannitum qui non erat.

207 Quid ſi erat cancellatus a bãno tñ indebite.

208 Si ſtatutum dicat bannitum offendi poſſe an poteſt occidi.

209 Quid ſi bannitus notificaſſet cancellationem an licet occidere.

210 Bannitus an poteſt occidere alium banniũ.

211 Et an iniuſte bannitum liceat occidere,& an ſoriudicatum nulliter.

212 Et an fratrem,aut patrem bannitum,& an uaſſallus dominum bannitum.213.

214 Et an proxime banniendum.

215 Et an ſi bannitus erat proxime rebãniẽdus.

216 Et an regiſtrandum in lib.bannitorum.

217 Quid ſi bãnitus erat tolleratus a ſuperiore.

218 Quid ſi habebatur pro non bannito.

219 Et an poteſt ſeipſum bannitum occidere.

220 Et an bãnitus qui ducitur ad ſupplicium occidi poteſt,& an in poſſe familiæ,aut iudicis exiſtens,nu.221.

222 An ſtatim quod capitur bannitus aut ſoriudicatus furca ſuſpenditur.

223 An licet fœminã prægnãtẽ occidere bãnitã.

224 Et an pẽdẽte lite aut appellatione ſup bãno.

225 Et an bannitum ex ſimplici contumacia.

226 Quid ſi ſtatutum ex cauſa iniuſta hoc diceret,ut quia pro debito pecuniario.

227 Et an ſtatim q̃ fuit bannitus occidi poteſt.

228 Et quid ſi ſtatutum fuerit factum ob rancorem ad uindictam.

229 Et an ualeat ſtatutũ pmittẽs uĩdictã offenſo.

230 Et an proditorie & ueneno liceat occidere.

231 Si facta eſt pax cum bannito deinde occidatur an ſit rupta pax.

232 An bannito poſsit fieri ſaluus conductus.

233 Si facta eſt gratia bãnito debet exprimi qualitas ut parricidij uel altera alias non ualet gratiam quod no.pro ſoriudicato.

234 Pater occidens filiã repertã in adulterio an teneatur & quot requirantur, ut excuſetur & qualiter dicitur deprehẽſa in adulterio,nu.235. & an poſsit alteri demandare.nu.236.

237 Maritus occidens adulterum & uxorem repertos in adulterio an excuſetur, & quæ requirantur ut adulterum occidat & quid ſi maritus eſt uilis perſona, an requiratur tres denunciationes nu.238. & quid iure regni & an uxorem prægnãtem.nu.239. & an alteri poteſt demandari,nu.240.& ibi an uterque excuſetur.

241 An teneatur maritus cauere de uxor non offendendo ſi aufugerit & non occiderit.

242 An ſi uideat uxorem cum clerico loquentem uel oſculantem liceat occidere.

243 Qualiter puniatur clericus ſe iactans commiſiſſe adulterium.

244 An liceat marito occidere officialem adulterantem.

245 An liceat uaſſallo dominum adulterantem occidere an Papam,nu.246.

247 An occidens adulterum & adulteram uxorẽ ſit ſecurus in terris Imperij & eccleſiæ & quid ſi maritus detineat concubinã an poſſit occidere nu.248.

249 Si maritus & frẽs mulieris occidant an oẽs puniantur,& an liceat congregare amicos

250 Si maritus uenenauerit uxorem an teneatur de parricidio.

251 An qñ marito licet occidere lucretur etiam dotẽ ex ſtatuto, & quid ecõtra ſi uxor maritũ an lucretur lucrũ ex ſtatuto.nu.252.

253 Uxor adultera an & quãdo amittat dotem & lucrum ex ſtatuto & quid ſi nõ adulteratur,ſed impudice uiuit n.254. & quid ſi

uir retineat concubinam nu.255. & quid ſi per uim commiſit adulterium nu.256. et quid ſi habeat filios ex primo matrimonio cui dos applicetur nu.257. & an adulter, & adultera in eodem libello accuſari poteſt num.258.

259 *Qualiter probetur adulterium & quid articulari & probari debet.*

260 *An in cauſa adulterij ex officio procedi poſſit, & an ab extraneis accuſari poßit de adulterio num.261.*

262 *An iudex eccleſiaſticus cognoſcet de adulterio, & quas pœnas imponere poſſet.*

263 *Quæ ſit pœna adulterij in uiro & uxore iure communi, canonico, & regni.*

264 *Quid ſi mulier erat meretrix an cognoſcens teneatur de adulterio & n.267.*

265 *Quid ſi adulteraſſet in ano, & non in uulua qualiter puniatur.*

te.ii.temp.i.q.& Math.in.d.conſti. pœnam eo-
rum.iii.co.i.q. vbi dicunt quod ſic ob publicam
vtilitatem Bar.Bal.Iaſ.& Deci.in.d.l.vt vim &
Bar.& Iaſ.in lege omnes populi.ff. eo.⁊ in.l.ii.
C.quando lice.ſine indi.ven.Bal.in.d.l.grachus
Alberi. vlt.par.ſtatu.q.lvii.Imo.& Felyn.in.c.
quæ in eccleſiarum de conſtit. Alex. in conſilio
cxiiii.i.vol.& conſi.iii.& conſi.cvii.ii. volu.&
conſi.lxv.iii. volu.Deci.d.conſi.cccxxvii.Mar.
in.d.l.i.in prin.xii.limi & in pract. in.§. aggre-
dior circa prin.& in locis per eos allegatis con-
trarium tamen tenet Ioan.de arno. in ſolilo.ix.
& ſolilo.xiiii.quod non valet dictum ſtatutum
nec dicta conſtitutio.ſolus tamen loquitur.
202 ℂ†Amplia etiam in occidente bannitũ igno
ranter quia ignorabat bannitum eſſe vt per Bar
to.in.l.inter omnes.§.recte vlt.col.ff. de fur.&
in.l.genero per illum tex.ff.de infami. Alex.in
d.conſi.cxiiii.Nell.in.d.tra.in.i.par ii.tempo.q.
xxii.&.q.xxiiii.ſeq.& ſeq.& per Ioa. de arno.
203 in epi.xxvi. ℂ†Quid ſi credens titium Ioan-
nis eſſe bannitum qui non erat ſi occidit an te-
neatur concludit quod ſi habuit iuſtam cauſam
credulitatis qui taliter dicebatur publice excu-
ſatur alias tenetur de culpa , & non dolo vt ibi
per eum quod not.pro ſupradicta excuſatione
ratione erroris vt ſupra & de ignorante p Mar.
in.d.l.i.xii.limit.& Mathe.in.d.conſti.pœnam

eorum.xiii.no.Marſi.in pract.in.§. egredior.& Alex.in conſi.xxxv.iiii.volu.Cor.in cõſ.cxxii. iiii.vol.Deci.in.d.conſi.cccxxvii.Cep.conſ.vii.
204 ℭ † Secundo amplia in occidente bannitum qui erat rebannitus non tamen adhuc erat cancellatus de banno.nam occidendo non punitur vt per Pau.de caſt.in.l.ſi de eo.ff.de acqui.poſſ. Alex.in.d.conſi.cxiiii.Marſ.in.d.l.i.xii.limi.& in.d.§.aggredior Nell.in.d.tra.i.par.iii.tempo. q.ii.Mar.in conſi.lxv.Deci.in.d.cõſ.cccxxvii. Bal.in.l.labeo in fi.ff.de pac.plene Mar.in conſi.lv.vbi dicit puniri pœna extraordinaria cum fuit in culpa non perquirendo rebannitionem, & in conſi.xcvii.intellige tamen niſi ſciebat re bannitum.nam tunc punitur ordinaria pęna oc cidendo idem ſi ſciebat bannum eſſe nullum.nã occidendo tenetur vt per Mar.in conſi.xcvii.⁊ conſil.cvi.vbi plene &.Cepo.in conſi.vi.& in conſil.xxxix.& ibidem ſi ſperabatur omnino rebanniri non poteſt occidi ſi ſciens occiderit tenetur alias tenetur de culpa vt ſupra per Mar ſi.in.d.conſi.lv.& per Iaſ.in.l.iiii.§.condemna tum ff.de re iudi.& in.l.creditores.C.de fideic. & vide in hac materia in.d.conſi.tradita an ſtã te gratia & ſaluo conductu dato bannitis ⁊ nõ cancellatis an poſsint impune occidi maxime per Deci.in.d.conſi.cccxxvii.& Mar.in.d.conſi.xcvii.& per Math.in.d.conſt.pœnam eorum x.q.vbi de foriudicato obtinente ſaluum conductum ſi occidatur an puniatur & in.d.conſiliis aut ſciebant aut ignorabant gratiam & ſaluum conductum & per Nell.i.par.ii.tempor.q. xv.& an ſi commiſerit aliud delictum gaudebit ſecuritate data.q.xvi.& ibidem per quem ſecu ritas dari poteſt idem vt ſupra dic in foriudicato qui habuit gratiam a principe an ante libera tionem puniatur,vt per Mathe.in dicta conſti-
205 tutio.pœnam.ix.q. ℭ † Amplia etiam in habente arbitrium.nam non poteſt condemnare occidentem bannitũ vigore arbitrii Par.in trac.
206 ſindi.in verbo arbitrium. ℭ † Amplia in occidente eum quem credebat bannitum qui non erat.nam tenetur de culpa cum debebat inueſtigare ſi erat bannitus vt per Barto.Ang.& alios in.l.genero.ff.de infami.Cepo.conſi.xli.
207 ℭ † Amplia etiam ſi fuiſſet cancellatus tamẽ indebite.nam non punitur ſicut ſi non fuiſſet cã cellatus vt per Bal.in.c.primo in princi.hic fin. lex.corr.Cepo.in dicto conſ.vii.Bar.poſt Ray. in.l.non ſecundum.ff.de dona.inter.vir.& vx. Nel.in.d.tra.i.par.iii.tempo.iii.quęſtione etiam ſi occidens putauerit illum rite cancellatum vt ibi &.ii.par.ii.tempo.q.xxiiii.ſequen.& ſequẽ.

Mar.in dicta.l.prima.xii.limi.& in dicto.§.aggredior vbi etiam dicit iniuſte dici cancellatum ſi non apparet cauſa cancellationis ſecundum Bald.in capi.eum ſuper vlti.colum.ff.de re iudi.& Marſi.in conſilio.lv.circa princip.
208 ℭ † Amplia etiam dato quod ſtatutum ſimpliciter dicat bannitum offendi poſſe licet non dicat occidi.nam occidi poteſt vt per Ioã.and. in Specu.in titu.de conſti.in fin.Bart.poſt Ray. in.l.iii.§.in fin.ff.de alim.& cibar.leg.Albe.in tra. ſtatu.i.par.q.v.&.q.viii.Nell.in.d.tra.ii.par.ii. tempo.quæſtio.vii.ver.examinatis quæſtionibus.Floria.& Pau.in.l.binas edes.ff.de ſer.vrb. pred.Flor.in.l.ſi is qui binas.ff.de vſufruc.Paul. de caſt.in.l.in ſuis vbi Alex.Iaſ.& alii.ff.de lib. & poſth.Ang.in conſi.lxxxiii.Bar.in conſi.incip.ſtatuto caſtri plebis.Ang.in gl.compar.inquiſi.inter defen.Alex.in conſi.clxvii.iii.volu. Bar.in conſi.clxxxviii.Fely.in.c.quæ in eccleſiarum.iiii.col.de conſtitu.Mar.in.l.i.C.de rap.
209 virg.nu.xxxvii. ℭ † Amplia etiam ſi bannitus notificaſſet occiſori cancellationem factam a banno.nam non tenebatur credere ipſi banni to niſi oſtenderit publicum inſtrumentum cancellationis & gratiæ,vt per Bar.⁊ Iaſ.in.l.non ſolum.§.morte.ff.de oper.no.nun.Pau.de caſt. in conſil.xxxii.vbi idem ſi fuiſſet ab extraneo notificatum operatur tamen notificatio,vt teneatur de culpa in non perquirendo, vt ibi per eos,ante vero excuſatur occidens, vt per Ale. in conſi.cxiiii.& Ang.in.l.filio.ff.de lib.pręter. & Alex.in.l.fi.ff.eo.idem ſi eſſet cancellatus & occidens ignoraſſet cancellatum.nam excuſatur,vt per Iaſ.in.d.l.iiii.§.condemnatum.ff.de
210 re iudi. ℭ † Amplia etiam in bannito occidente alium bannitum.nam poteſt impune, vt per Bal.in.l.cum mulier.v.col.ver.ſtatuto cauetur ff.ſol.matr.& ibi per Alex.& per Marſi.in.d.§. aggredior.ver.redeundo.& Math.in.d.conſti. pœnam eorum.xiii.no.& Fely.in.c.cum duo-
211 bus.de ſen.excommu. ℭ † Amplia etiam in occidente iniuſte bannitum.nam propter bãnum etiam iniuſtum excuſatur Dyn.in.l.pen.ff.de adult.Bar.poſt Ray.i.l.i.§.ex hoc reſcripto.ff.de ven.inſpi.Cy.in auc.ſi vxor.C.de repud.Bal.in d.l.cum mulier.& in.l.eum.C.de adult.&.in.l. i.C.de pen.& in.l.i.C.ſi a non compet.iudi.c.& in.l.i.ff.ſolu.matri.Bar.in.l.ii.§.hæc actio.ff.vi bon.rap.Ange.in.l.quis ſit fugitiuus.§.itẽ apud labeonem.ff.de edil.edi.Bart.in.l.ſiue vxor.ff. de don.inter vi.& vxo.& in.l.in.§.ſi ſeruus.ff. de acquiren.poſ.vbi Paul.Alex.& Iaſ.Ioa.and. in regu.ꝙ quis mandato.de reg.in metcu.& in

Specu.in rub.de ſolu.Corn.in conſi. xvii.i.vol.
Barto.in.l.non putauit.§.non quis.ff.de contra
tabu. Alex.in.d.conſi.cxiiii. & per doct.Barto.
Alex.& Iaſ.in.d.§.condemnatum. aliquid per
Marſi.in.l.i.§.præterea.iiii.col.ff. de ſicar.& in
prin.d.l.i.ii.col. verſi.amplia etiam iſtum text.
doct.in.l.ii.§.ſi ſeruus.ff.de acquir.poſ.Cepo.d.
conſi.xxxix. Ang.in glo.qui iudex ad proba.
ſuæ inquiſi.Cepo.conſi.vii.Marſi.in.d.§.aggre-
212 dior.¶ †Et licet aliqui ſupra dictorum teneát
puniri nõ tamen pœna ordinaria homicidii,ſed
alia extraordinaria,vt per Cepo.d.conſi.vii.&
Alex.in.d.conſi.cxiiii.& alii vbi ſupra,& præ-
dicta faciunt pro occidente nulliter foriudicatũ
non concurrentibus in foriudicatione requiſi-
tis,de quibus per Math.in.d.conſti. pœnam eo-
rum,vt licet in totum non excuſatur non tamẽ
213 punitur pœna mortis. ¶ †Amplia etiam occi
dendo filium,vel patrem aut dominum banni-
tum,vel fratrem vt non puniatur, vt per Bart.
& Alex.poſt eum in.l.ſi adulterium cum ince-
ſtu.§.liberto.ff.de adult. Alber.in trac.ſtatu.vi.
q.quem refert Nell.in.d.tract.ii.par.ii.tempor.
q.x.& prima par.ii.temp.q.iiii.&.q.xxii. & di
xit ſupra de parri.& Fely.in.d.c.quæ in eccle-
ſiarum.ii.col.de conſti.Mar.in conſi.ii.vbi de fi
lio Ange.in gloſ.compa.inquiſi.inter.defen.iiii.
col. Marſi.in.l.i.numero.cc.C. de rap.vir.& in
l.diuus.ff.de ſicar.& in conſi.cxix.de fratre, &
per Ioan.de arno.in epito.lxii.q non licet &
in ſolilo.lxvi. An autem vaſſallo liceat occide-
re dominum bannitum Par.in trac.ſindi.lxxx.
214 ii.col. ¶ †Amplia etiam occidendo ne dum
bannitum, ſed etiam non bannitum tamen de
proximo banniendum,vt per Iaſ.in.l. quamuis
C.de inoffi.teſt.& in auc.ſi qua mulier.C. de ſa
croſan.eccle.Marſi.in.d.l.i.nu.lxxiiii.C.de rap.
vir.& in conſi.xcvii.& per Ioan.de arno.in ſin
gu.clxxx.poſt Iaſ.i.d.auc.ſi qua mulier. vi.co.
215 ¶ †Limita tamen primo niſi bannitus eſſet de
proximo rebanniendus.nam impune occidi nõ
poteſt,vt per Bal.in.l.i.§.ſerui.ff.ad ſille. Cepo.
in.d.conſi.xxxix.plene Mar.in ſingu cvi.inci-
pien.qui de proximo & in pra.in.§.aggredior.
& in.l.i.in prin.iiii.amplia.ii.col.ff. de ſicar. &
in conſi.xciiii.& conſi.x.& conſi.lxvi.quod in
tellige ſi ſciebat rebanniendum eſſe de proxi-
mo alias mitiori pœna punitur,vt ſupra.
216 ¶ †Limita ſecundo niſi ſtatutum diceret banni
tum regiſtrandum,nam vſq; adeo non regiſtra-
tur non poteſt occidi Alb.in.d.tract. ſtat.ii.par.
q.ci.Nell.in.d.tract.ii.par.ii.tempo. viii q.& in
ix.q. quid ſi non apparet de regiſtro, quia fuit
combuſtum diſtinguit aut ſciebat combuſtum,
217 & tenetur aut non,& non tenetur.¶ †Limi-
ta tertio niſi bannitus fuiſſet tolleratus a ſupe-
riore.nam talis non poteſt impune occidi,ita di
xit Saly.in.l.nullus.C.de iude.quod ſequit Ana.
& Fely.in.c.ſicut iudei.iii.col.de iude.per Ioa.
de arno.in ſing.x. Alex.in conſi.i.ii.volumi.&
poſt Bar.in.l.fi.ff.de adulter.& per Fely.in.c.q̃
in eccleſiarum.iii.col.ver.quartus caſus, de con
ſti.& in.c.i.vii.col.de treu.& pa.& Mar.in ſin-
gu.lxxvi.incip.patientia,& in.l.i.in prin.in fin.
ii.col.v.amplia.ff.de ſica.& in pra.in.d.§. aggre
dior.& in conſ.x.& conſ.xlvi.& conſ.lv.& cõſ.
lxvi.& conſ.xcvii.& conſ.cvii. & in.l. fi.ff.de
iuriſdict.om.iudi.nume.clxiii.per Iaſo. in.l.vbi
pactum.C.de tranſa.& in.l.omnes populi.ff.de
iuſti.& iu.in quibus habetur pro non bannito,
218 & occidi non poteſt. ¶ †Limita quarto in oc
cidente bannitũ qui communi extimatione ha-
bebatur pro non bannito.nam talis occidi non
poteſt,vt per Ang.in.l.ſi duo.ff.de acquir.here.
Alex.poſt Bar.in.d.l.fi.ff.de adult.& in.d.con-
ſi.i.ii.vol. Ant. de butri.in.c.quia circa. de con-
ſangui.& affini. Mar.in.d.l.i.iii.col.vi.amplia.
219 & in.d.§ aggredior.¶ †Limita quinto in oc-
cidente ſeipſum bannitum. nam bannitus non
poteſt ſeipſum occidere nec vulnerare, vt pro-
ſequitur Iaſ.poſt Bal.in.l.i.C.de ſer.fug.Alexã.
poſt Bar.in.l.libertus.§.ammiſſione.ff.de capt.
& poſt limi.reu.Fely.in.d.c.quæ in eccleſiarũ.
220 vii.caſu.Marſil.in.d.§.aggredior. ¶ †Limita
ſexto in bannito condẽnato qui ducitur ad ſup
plicium.nam non poteſt occidi ab aliquo priua
to,nec a familia poteſtatis.Bald.in.l.additos.C.
de epiſco.aud.& in.l.fideicommiſſa.§. ſiquis.ff.
de leg.iii.& in.l.fi.C.de male.& Mathe. Bart.in
l.cuiuſq̃.ff.ad.l.iul.maie.Alex.poſt Bar.in.d.§.
transfugas.Mat.in.d.§.aggredior.ver.modo ul
terius.& in.d.l.i.iii.col.vii.amplia.ff.de ſicar.
221 ¶ †Limita ſeptimo ſi bannitus fuerit captus
in fortiam iudicis carceratus aut in poſſe fami-
lie nam non poteſt occidi alias tenetur, vt per
Bar.in.l.laqueum.ff.de acqui.rer.do. & in.l.iii.
§.fi.vbi Alex.& Mat.ff.de ſicar.& in.l.legis iu-
lie.ff.ad.l.iuliam de vi pu. Bal.in.l.libertas.ff.de
ſta.homi.vbi dixit affines carceratum bannitũ
occidentes ne vituperentur tenetur de parrici.
Ana.in.c.cum iuramento.vlti.col. de homi.&
ibi Fely.in ver.extra glo.Mar.in.d.l.i.i.colũ.ii.
amplia.& in pra.§.aggredior.ver. vlterius pro
ampliatione.Par.in.d.tra.ſindi. in verbo fami-
liaris.ver.an ex eo.Nell.in.d.trac.i.par. ii.tem-
po.q.xxviii.vbi dicit teneri.l.cornelia.& non.l.
iulia

fulſæ maieſt. Ioan. and. in Spec. in tit. de accu. §. ſequitur. ver. quid ſi bannitus. & in. q. xxxi. & Nell. in. d tracta. ii. par. ii. tempo. q. xxxi. quid ſi fuit captus extra territorium bannientium an licet occidere, & ibi quid ſi iniuſte fuit captus an occidi poſſit, & an tunc eximi a manibus familie, & in. q. xxxii. quid ſi fuiſſet captus a priuato an alius potuiſſet illum occidere diſtinguit aut erat certum euaſurum a manibus capientis, & non tenetur, aut non erat certum, & tenetur, ut ibi per eum, & ibidem quæſtione. xxxiiii.

222 ℭ † An ſtatim quod capitur abſq; alio proceſſu poteſt furca ſuſpendi quod facit pro foriudicato capto, ut per Mathe. in. d. conſtit. pœnam eorum φ ſtatim abſq; alia ſententia fit executio: intellige condemnatoria non declaratoria cum requiratur, & dictum fuit ſupra in materia forjudicatus, & in. q. xxxv. quid ſi elapſi ſunt. xxx. anni, & de occidente ductum ad ſupplicium φ punitur, ut per Bal. in. l. additos. Ludo. in ſingu. in penul. car. incip. Bal. & per Ludo. montal. in tract. de reproba. ſen. pila. ver. hæc ſufficiant.

223 ℭ † Limita octauo in fœmina prægnāte. nam licet fœminam bannitam poſſet occidere. tamē ſi erat prægnans non poteſt occidi, ut per Nell. in. d. tract. i. par. ii. temp. q. xxxix. & xlv. Bal. in l. imperator. ff. de ſta. ho. Ana. in. c. intelleximus de his qui fil. occi. extendit etiam ſi partus eſſet adulterinus, vel in carcere conceptus, & etiam ſi eſſe prægnans. x. vel. xx. dierum Alexan. poſt Bar. in. l. prægnantis. ff. de pen. Mar. in pract. §. nunc videndum. ver. modo ulterius. & in. l. i. v. col. in prin. ver. contra quæritur. ff. de quæſtio. & per Ioan. de arno. in commenta. cxii.

224 ℭ † Limita nono niſi pendente lite aut appellatione ſupra banno. nam interim occidi nō poteſt per Iaſ. in. l. poſſideri. §. ſi ſeruo. ff. de acquiſ. poſ. poſt Dy. Bar. & alios ibi, & in. l. qui a latronibus. §. ſi quis. ff. de teſta. in fi. ver. quærit Dyn. & in. l. i. in prin. ver. quærit Dy. ff. nihil Inno. appel. pend. Bal. in. l. i. vlt. col. C. de appel. & in auc. quæ ſupplicatio. ii. col. C. de preci. imper. offer. & in Specu. in tit. de ſent. ver. pendente tempore. Alex. plene in. d. §. ſi ſeruus. Iaſ. in. §. condēnatum. Alex. poſt Bar. in. l. ſi. ff. de adulter. & in conſi. xxxv. iiii. volu. vbi dicit deſerta appellatione puniri ſecundum Bal. in. d. l. qui a latronibus, & in. l. lite. C. de lib. ca. Ang. in gloſ. qui iudex ad proba. ſeu inquiſ. vbi idem ſi non legitime bannitus, & Alex. in conſi. lxxvii. iii. vol. & conſi. cxiii. i. volu. & conſi. xv. iii. volu. Cepo. in conſi. vi. & ſeq. & Ioan. de arno. in dialogo. xv. immo ſecundum Barto. & alios in. d. §. ſi ſeruus. nec etiam pendente alio remedio φ appellationis non poteſt occidi, & in. l. ſiquis filio. §. quod ſi quis. in fi. ff. de iniu. rup. teſta. Bal. in. l. iii. C. de appella. vlti. col. Pau. conſi. xxx. Bal. in Spec. in tit. de accuſ. ver. & an pendente. idem pendente tempore appellandi, ut per doc. in. d. §. ſi ſeruus, & Bal. in. l. additos. C. de appel. Alexā. poſt Bar. in. l. non tantum. ff. de appella. Areti. in. d. l. ſi quis filio. §. ſi quis. vi. col. per Fely. in. c. quærēti. de offi. dele. & in eius repertorio in ver. reus condemnatus ad mortem, & in. d. c. quæ in eccleſiarum. idem dic in termino banni ad comparendum, ut per Corn. in conſi. clxxv. i. vol. ſed de appellatione non videtur procedere in forjudicato cum non poteſt appellare per. d. conſti. pœnam eorum. per quam nec etiam regi licet ſupplicare niſi dicatur pendente nullitate cum de ea dici poteſt, ut ibi per Mathe. & dictū

225 fuit ſupra. ℭ † Limita decimo in bannito ex ſimplici contumacia non ex delicto, & probationibus delicti. nam nō poteſt occidi bannitus ex ſimplici contumacia, ſed ex delicto, & probationibus delicti ſingularis eſt doct. Alex. poſt Bar. in. l. omne delictum. ff. de re milit. allegat tenere Bal. & Imo. in. l. mora. ff. ſol. mat. refert & ſequitur Mar. in pra. in. §. poſtq; antepen. col. & in. §. ſequitur. iiii. col. ver. & teneas menti. & in l. de vnoquoq; car. lx. nu. clxxiiii. ff. de re iudic. Fely. in. d. c. quæ in eccleſiarum. ii. col. i. caſu, et Ange. in glo. qui iudex videns φ inquiſi. vi. col. Gand. in rub. de banni. iii. col. Mar. in cōſi. cxvii. & conſi. lxxiii. & conſi. lxxxii. & cōnſi. cv. & Gand. in rub. de var. quæſti. ex ſtatu. in fi. vbi de bannito ex cauſa ex quo non poteſt ad mortē condemnari quod tamen nō procedit in regno in foriudicato per. d. conſt. pœnam eorum. quæ fundatur in ſimplici contumacia tantum, & tamen occidi poteſt ut per Mar. ibi in. xii. reqſito.

226 ℭ † Limita vndecimo in caſu quando ſtatutum non fieret ex cauſa legitima, ut quia pro debito pecuniario licere occidere, ut per Iaſ. in l. vbi pactum. C. de tranſact. Mar. in. d. §. aggredior. Fely. in. c. quæ in eccleſiarum. ii. col. i. caſu allegat Hoſtien. in capi. fina. de conſuetu.

227 ℭ † Limita duodecimo in occidente bannitū ſtatim, & incontinenti φ fuit bannitus, & diffidatus, ut per Bel. in pra. in rub. falſarium, ante-

228 penul. col. ℭ † Limita tertiodecimo niſi ſtatutum fuiſſet factum ob rancorem ad vindictam, & non zelo iuſtitiæ, & fauore publico, ut quia dicat, & permittat conſanguineos facere vindictam de morte conſanguinei contra occiſores. nam ſi occiſor banniatur non poteſt occidi a

conſanguineis vigore ſtatuti, vt per Anton. & Imo.in d.c.quæ in eccleſiarum. Io.and.in Spec.in tit.de conſti plene tradit Fely.in.d.c.quæ in eccleſiarum, vbi diſputat in nono caſu quod limitat Panor.in.c.fi.de conſue.auct. Io.and.in Spec.in.d.tit.de conſtit.niſi ſtatutum permitteret non ratione vindictæ, ſed daret ius occidendi læſo offenſorem tanq̃ miniſtro legi, vt faciat ſi bi iuſtitiam ꝙ dicit no. Fely.ibidem nono caſu.

229 ℂ† An autem valeat ſtatutum permittẽs vindictam offenſo proſequere, vt per Fel.in.d.nono caſu, & ibi an quando vindicta permittitur poſsit alteri demandare ubi ꝙ non, ſed procedit quando manibus propriis, vbi limita procedere quando ex priuilegio per ſtatutum ſibi conceditur contra ius commune ſecus ſi iure commu ni permittitur. nam alteri poteſt demandare, vt in.l.grach.C de adulter. vbi not. & traditur per Bar.in.l.non ſolum.§.ſi mandato.ff.de iniur. & in.l.vt vim.ff.de iuſti.& iu. vbi intelligunt procedere in filio tantum, & nõ in aliis, & vide per Ioan.de arno.in dialog.xvi.an poteſt bannitus per alium impune occidi an vero propriis manibus debet occidere, & uide per Ioan.de arno. in ſoliloquio.xl.ꝙ foriudicatus occidi non poteſt ex particulari odio, & inimicitia, & per Fely.in.c.ſi perfodiens.ante fi.de homicidio, & p Math.in conſi.x.& per Ioan.de arno. in ſingu. lxxi.poſt Bal.in.l.decuriones.in fi.C.de infam.

230 ℂ† Limita quartodecimo niſi proditorie occidat, vel veneno cum tunc etiam proditorie occidere dicatur, vt per Mar.in rub.ff. de ſicar. circa prin.hoc de proditorie dictum eſt Ang.in l.fi.C.de dela.lib.x.& refert pro ſingulari Cep. in conſi.xxxiiii.& Mar.in.d.rub.ff.de ſica.in fi. vbi limita niſi eſſet bannitus pro crimine læſæ maieſt. vide per Noſt.vbi ſupra.iii.par.ii.temp. q.viii.& per Ioan.de arno.in ſoliloq.ii.& vide de occidente proditorie per Mar.in conſ.cxxi. & conſi.i.& conſi.xxxii.vi.colũ. de proditore quis dicatur, & pœnis, & per Fely.in.c.i.de homicidio, & ſupra fuit dictum in materia appellationis, & vide nouem caſus in quibus non licet occidere vt per Fely.in.d.c.quæ in eccleſiarum.ii.& iii.colũ. vbi primo niſi ſtatutum non fieret ex cauſa legitima, ſecundo in occidente patrem vel fratrem, aut filium bannitum. tertio in occidente bannitum pendente quæſtione ſuper validitate banni. quarto in tollerato. quinto in non rite bannito. ſexto in occidente ſ. ipſum. ſeptimo in ignorante bannitum, & per Ioan.de arno.in epito. lxiii. octauo in occidente extra territorium, & dic vt per Ioan. de arno. in epito.lxix.quod ſic poſt Iaſo.in.l.fi.ff. de iuriſdictio.om.iudic. & capi poteſt extra territorium, vt per eundem Arno.in epito. lxviii.ꝛ in epito.lxx. poſt Iaſ.in.d.l.fi. vbi limitat niſi in loco ſtatuti occidens capiatur quoniam non punitur, & vide in epito.xcii.an occidi poſsit, & præmium conſequatur vbi concordat opiniones, & in ſingul.vigeſimoſeptimo, an occidens extra territorium ſit ſecurus alia autem concernentia materiam bannitorum an ſpoliari poſſit bonis, & de aliis: dic vt per Felyn. poſt alios per eum allegatos in dicto capitulo quæ in eccleſiarum, & Marſi.in dicto.§.aggredior.& Boni.in titu.de teſti. vbi etiam de præmiſsis.

231 ℂ† Sed an ſi facta eſt pax cum bannito ſi occidatur dicatur rupta pax. plene tradit Marſ.in d.§.aggredior.ver.quæri etiam poteſt. Iaſ.in.l. qui ſetunm.ff.de verb.obli. Mar. in conſi.clxx. & conſi.xcvii.in quibus vide de hoc.

232 ℂ† Et in.d.§.aggredior.an bannito poſsit fieri ſaluus conductus, & Nel. vbi ſupra. Bart.in.l. quid ergo.§.ſed ſi heres.ff.de leg.i.& Bal.in cõ

233 ſi.ccxxi.ii.vol. ℂ† Vltimo no. vnum quod dixit Fely.in.c.ex literis.de offi.dele. quod ſi fiat gratia bannito de homicidio neceſſe eſt exprimere qualitatem vt de paricidio aut aſſaſſinio alias non prodeſt gratia de ſimplici homicidio.

234 ℂ† Octauo excuſatur pater occidens filiam repertam in adulterio tam in domo propria q̃ generi, & non alibi extranea, ꝛ dũmodo vtrunque occidat filiam, & adulterum de quibus in.l. patri datur ius. & in.l.nihil intereſt.ff.de adulte. & incontinenti hoc faciat, vt in.l.quod ait lex. §.fi.ff.de adulte. vbi incontinenti dicitur etiam ſi prius occidat adulterum, inde aliquis horis interpoſitis ſequatur filiam, & occidendo dicitur incontinenti facere cũ non ad extraneos actus diuerterit idem ſi adulterum occiderit, ꝛ filiam vulnerauerit licet euaſerit non tamen punitur, vt in.d.l.nihil intereſt, ꝛ quod in domo propria & non aliena in.l.nec in ea lege.& in.d.l. quod ait lex.ff.de adult. vbi ratio aſſignatur dummodo pater non ſit in alterius poteſtate, vt.d.l.pa.t.i.& l.ſic euenit.eo.tit.idem intelligas in patre

235 adoptiuo, vt in.d.l.nec ea lege. ℂ† Et dicitur pater in adulterio deprehendere ſi in actis venereis deprehendatur, vt no.in.d.l.quod ait lex.et per Mathe.in conſi.ſi quis rapere.i.no. De hoc plene tradit Ange.in glo.che hai adulte. la mia don.ii.colum.verſicu.an patri. vbi ponit plura copulatiue requiſita, vt ſi vnum deficiat occidere de quibus in.d.l.& primo requiritur quod filiam reperiat in actibus venereis, vt ſi ne dum

nudus cum nuda in lecto inueniantur, et in actu
carnali venereo,ſed ſi prælud iis , vt ſolus in ca-
mera cum verbis blandis laſciuis cum amplexi-
bus & oſculationibus,& tactu mamillarum, vt
no.glo.& Bar.in.l.i.ff.de var.& extraordi.cri-
mi.& in.l.quod ait lex.& in.l.capite quinto.ff.
de adulte. Saly.in.d.l.grachus.C.eo.Andr.in.c.
j.quib.mo.feu.ammi.Math.in conſti.ſi maritus.
alias poſt actum carnalem perfectum non licet
poſtqui ad actos extraneos peruenit vt in dicta
conſti.Secundo requiritur quod inueniat adul-
terum,& adulteram in actu venereo in domo
propria aut generi & non aliena,in domo vide
licet propria ſeu cōducta in qua habitet immo
ſi duas habeat domos & in altera habitet , & in
altera non & in ea in qua non habitat inuenit
adulterum,& adulteram non poteſt interficere
vt in.d.l.quod ait lex. vbi redditur ratio & ibi
Bar.in.d.l.nec in ea.Tertio requiritur ꝙ i ſimul
& pariter vtrunq; interficiat adulterum & filiā
d.l.patri etiam ſi filia fuerit prægnans vt per
Bar.in.l.imperator.la.ii.ff.de ſtat.ho.& poſt eū
Alex.& idem in.l.ſi prægnantis.ff.de pen. poſt
Bar.& Mar.in.l.editum.iii.col.ver.ſcias tu.ff.de
quæſtio.& intelligitur in ſimul, vel eodem im-
petu ſiue eodem ictu ſiue prius filiam poſt ea a-
dulterum incontinenti ſiue adulterum occide-
rit,& filiam grauiter vulnerauerit quod veriſi-
mile eſſet mori ſi tamen euadat excuſatur in to
tum non tamen ſi non grauiter vt dicit text.in
d.l.nihil.Quarto requiritur quod filiam habeat
in poteſtate alias ſi emancipata fuerit,vel in po
teſtate aui vt quia pater eſſet in aui poteſtate nō
licet patri eam occidere.d.l.patri.&.d.l. ſic eue
nit.ff.de adulte.Quinto requiritur quod ſi pater
non aut mater filiam aut auus neptem aut filius
matrem aut frater ſororem . nam eis non licet
cum lex iulia permittens exorbitans eſt a iure
communi, & loquitur in patre tantum merito
non debet ad alios extendi tanquam odioſa vt
in reg.odia de reg.iur.in.vi.vt in.d.l. patri cum
ſequen. vbi Bar.& glo.in.d.l. quod ait lex.Cy.
& Saly.in.d.l.grachus vide Marſi.in.l.i.§.item
diuus.ff.de ſicar.& in.l.edictum.ff.de quæſtio.
Limita tamen niſi qualitas raptus concurreret.
nam iſtis liceret occideret vt per Cy.& Saly.in
d.l.grachus habetur,in.l.i.C.de rap.virg.& An
ge.in dicta gloſſ.che hai adulter.la mia don.iii.
colum.Sexto requiritur quod tempore homici
dii pater habeat filiam in poteſtate licet tempo
re matrimonii fuiſſet in aui poteſtate.d.l. quod
ait lex. ver.ergo ſufficit patri.Septimo requiri-
tur quod ſit nupta.nam ſi eſſet vidua ei non li-
ceret cum in tali adulterio aliis extraneis non
præferatur in accuſando.l. nec in ea.ii.reſpon.
ff.de adulter.ergo minus habet ius occidendi,
quia ſi denegatur quod minus eſt ergo & quod
maius,ſequitur Alexand.poſt Bar. in.d.l.nec in
ea,in princi.& ibi glo.quod non extat differen-
tia inter patrem legitimum , & naturalem , vel
legitimum tantum & ex his datur practica ad
euadendum patrem occidentem & quid debet
articulare.nam prædicta omnia debet articula-
re,& probare alias non euadit, limita tamen ni
ſi pater eſſet vilis.nam non licet occidere adul
terum idem ſi filia eſſet vilis non licet patri oc-
cidere vt per Barto.in.d.l quod ait lex.§.illud
Ang.in.d.glo.che hai adult.in fin.ii.col.ver.&
236 adde quod ſi culpa. ¶ †Sed quid ſi pater fue-
rit ſenex aut infirmus,& debilis an alteri poſſit
demandare vt vtrunq; occidat Angel. in dicta
glo.iii.colum.ver.quid ſi pater mandat dicit ꝙ
ſic in tantum quod nec pater,nec occidens tene
tur immo etiam pecunia occidēdo vt dicit Bal.
in.d.l.grachus & Ange.in dicta glo.ver.an ma
ritus poſſit demandare & Mathe.in conſti.pa-
cis cultum.xv.caſu & in conſtit.ſi maritus Bal,
tamen in.d.l.grachus,& alii dicunt poſſe man-
dari filio tantum & non aliis vt per Bar.in.l.nō
ſolum.§.ſi mandato.ff.de iniur. & in.l. vt vim.
ff.de iuſti.& iu. Ange.in.d.ver.an maritus & in
gloſſ.& dicto malefic.ſemper aſti.Bel. in pract.
in rubri.de leno.iiii.colum.Marſi.in.l.prima.C.
de rap.virg.& in conſi.xvi.Par.in tracta.ſindi.
in verbo adulterium Mar.in ſingu.clxxv.& in
ſing.ccxliii.& in ſing.cccexlviii.ſed ſi alii man-
det minoratur pœna ratione iuſſus, & mandati
vt ſupra fuit dictū,ſed an ſicut licet patri liceat
ſocero occidere Ange.in.d.glo,che hai adulter.
iii.colum.ver.nunquid ſocero tenet ꝙ non.
237 ¶ †Nono excuſatur maritus occidens adulte
rum repertum in adulterio cum vxore vt not.
in.d.l.grachus & in.l.marito.ff.eod. adulteram
vxorem vero nō licet occidere.d.l.nec in ea.§.
fin.mitius tamen punitur occidendo.l.ſi quis in
graui.§.ſi maritus in fi.ff.ad ſille.& in.l.ſi adul-
terium cum inceſtu.§.imperatores.ff. de adult.
Limita niſi fuiſſet vilis adul.nam adulterantem
vilem licet occidere inuentum in actu venereo
ꝛ ſtatim dimittere debet vxorem adulteram ꝙ
non licet interficere vt in.d.l.marito ꝛ traditur
in.d.l.grachus ex interuallo autem non licet
etiam vilem.d.l.marito.& nota.in.d.l.quod ait
lex.& in.c.ſi vero lo.i.de ſenten.excom.Par.in
tra.ſindi.in verbo officialis offenſa.interficien-
do aūt non vilē mitius punitur non mortis,ſed

ſi maritus fuerit vilis in opus metalli damnatur ſi vero non humilis in inſulam relegatur & exilium vt in.d.§.imperatores.quis autem dicatur vilis adulter ſeu humilis,vel non traditur in d.l.ſi marito.& in.l.humilem.C.de inceſt.nupt. & per Saly.in.d.l.grachus & Cepo. in conſilio xlii.alibi dixit Bar.in.l.inter.§.tutores.ff.de ſuſpe.tuto.humilis eſt qui caret dignitate Math.in conſti.proſequentis.viii.nota.Limita etiam niſi maritus habens aliquem ſuſpectum de adulterio cum vxore ſua denunciauerit per tres vices & denunciationes continentes ſpacia temporis in præſentia trium teſtium fidedignorum,quod non ſe intromittat ad loquendum nec conuerſandum cum vxore ſua & dimittat eam viuere in pace.nam tunc factis histribus denunciationibus ſi inuenerit eum conuerſare cum vxore ſua ſiue in actu venereo ſiue in colloquiis, ſiue in domo uxoris ſiue in popina ſiue in ſub vrbiis poteſt impune illum occidere,ſed ſi alibi inuenerit alloquentem conuocatis tribus teſtibus eum capiat,ꝛ ad iudicem ducat viſis tribus proteſtationibus,& teſtibus examinatis vltimo ſupplicio condemnabit,& ſi in eccleſiis viderit loquẽtem coram clericis proteſtetur & ipſum ſub periculo clericorum conſeruet epiſcopo donec epiſcopus eum capi faciat , & tradat puniendũ iudici ſeculari hæc habentur in auct. ſed ſi quis

238 ei.C.de adulter.ℭ†Sed quærunt ibi docto. an tunc quando factis tribus denunciationibus poſſit indiſtincte occidere ſiue ſit vilis ſiue nobilis vilem tantum an etiam non vilem glo. in auct. vt lic.ma.& auiæ.& ibi per Ange.tenet vilem tantum & eam tenet Iaco.& Cy.in.d.auct.ſed ſi quis vt euitetur legum correctio . nam ſi iure antiquo non licebat.d.lege grachus.ergo minus ſtantibus dictis tribus denunciationibus,& ſuſpitionibus tantum non inuentum tamen in actu venereo,ſed Saly.in.d.auc.tenet oppoſitum ꝙ etiam nobilem tunc licet occidere per bonas rationes & Ang.in.d.glo. che hai adult.i.colum. tenet opi.Saly.ſi caſus eueniret.nam nobiles & non viles attentant aliena matrimonia & hanc tenet Mathe.in.d.conſti.pacis cultum.xvi. caſu & ibidem in.xv.caſu.quando licet marito occidere & vide in conſti.ſi maritus & in conſtitut. quæſtionibus.viii.no.de denunciatione ꝛ Marſ. in.l.i.C.de rap.virg.circa prin.vbi quando licet marito occidere vxorem,& quando patri filiã & in.l.patre vel marito.ff.de quæſtio. & in.l.i. in prin.ff.de ſica.& per Gand.in rubr.de pen.ii. col.& Bel.in pra.in rub.de leno.iiii.col.& Ange.in.d.glo.i.col. & Fely.in.d.c.ſi vero lo.i.de ſen.excommu.Sed licet hoc ſit de iure communi quod in caſibus præmiſſis tantum liceat occidere adulterum tantum & non vxorem tamen in regno extat conſt.incip.ſi maritus lib.iii.quę ſtatuit indiſtincte maritum occidere poſſe adulterum ꝛ adulteram vxorẽ ſiue nobilis ſiue ignobilis ſit & vilis dummodo in actibus venereis ipſum inueniat cum vxore, nec vt ibi per Mat. requiritur ꝙ videat virile in vulua , ſed ſufficit ſolum cum ſola in actis venereis de quibus infra , & quod incontinenti occidat nulla mora protracta quod tamen relinquitur arbitrio iudicis ſecundum Math.ibi & no. ꝙ etiam requiritur ſecundum glo.ibi in.d.conſti.ꝙ vtrunq̧ occidat adulterum,& adulteram adeo quod ſicut iure communi vtrunq̧ licebat patri occidere.d. l.quod ait lex.ita & marito licet per.d. conſtit. dummodo vtrunq̧ in actu venereo occidat , & nulla mora protracta allegat etiam Longobar. de qua ibi & vide per Bar.in.d.l.quod ait lex de ſtatuto permittente occidere adulterum ꝛ adulteram ſicut ſtatuit.d.conſti.& vide per Ioan.de arno.in ſolilo.xcvi.vbi attenta eadem ratione, idem dicit eſſe in patre occidente filiã nec obiici poſſe exceptionem ſtupri contra patrem,aut maritum,ꝛ an tunc ſit ſecurus occidendo in terris imperii,& in terris eccleſiæ dic vt per Ioan. de arno.in dialogo.xxii. ꝙ ſic in foro ſeculari.

239 ℭ†Et extende etiam vxorem prægnantem licet occidere,vt per Fely.in.d.c.ſi vero de ſenten.excommuni.in glo.& per Ioan.de arno.in epito.lii.incip.ſi maritus poſt Felyn. vbi ſupra. Et no.ꝙ conſti.ſeq.incip.maritum. ꝙ ſi maritus ſinat aufugere adulterum & non occiderit , & mulierem retinuerit tenetur pœna lenocinii ſi culpa viri aufugit alias non vt ibi per Mat. vbi de pœna lenocinii & ſi maritus occidendo non ſeruauerit formam.d.conſti.vt quia forſitan ex aliquo interuallo mitius punietur propter iuſtum dolorem vt.d.§.imperatores & in.d.conſti.per Math.& vide in materia per Panor.in.c. ſignificaſti de homicidio & in.c. veniens lo primo de conſti.Alex. in conſi.lxxvi.i.volu. & in conſi.cxli.ii.volu.quando licet marito occidere & per Mar.in.l.i.§.item diuus.ff.de ſicar.

240 ℭ†Sed an ſtante.d.conſtitu.ſi maritus liceat alteri demandare ſi ſit ſenex infirmus aut debilis dic vt ſupradictum eſt & per doct.in.d.l. grachus & Ange.in.d.glo.che hai adult. in duplici loco tenet non poſſe mandare niſi filio, & non aliis vt ſupra tamen in contigentia facti refert Math.ibi & in conſti.pacis cultum.xv. caſu obſeruatam fuiſſe docto. Bal.in.d.l.grach. ꝙ alteri

poterat

poterat demandare etiam pecuniam ei dando,
vt occideret,& ſic per aſſaſsinum,& per Ioan.
de arno.in ſing.lxxxv. an poſsit alteri cedi ius
vendicandi, & tunc vterq; maritus mandans ꝛ
mandatarius excuſſatur quod no.& vide Bald.
in.c.i.§.ſi vero de pa.iur.fir.Ludo.in.d.l.ſiquis
in graui. §.ſi maritus.ff.ad ſilleia.& Cep.in tra.
ſer. vrb.præd.c.xxiii.in fi. & per Mar.in.l.i.iii.
colum.ver.circa illud.C.de rap.vir.& Bony.in
rub. quis poteſt alium defend. & Felyn.in.d.c.
ſi vero vide quod habetur poſt Panor.in.cap.ſi
quanquam de coha.cler.& mul.

241 ℭ † Sed an teneatur maritus cauere de nõ of
fendẽdo vxorẽ ſi pmittat ipſam aufugere Mat.
in.d.conſt.maritũ,ꝛ in conſt.legũ. aſperitatem
iii.no. vbi ẽt per illam conſti. non licet marito
occidere niſi vtrunq; in actu venereo ſecũdum
d.conſt.ſi maritus dic de cautione, vt per eum
ibi ꝙ ſic,& vide conſt.quanuis vxorẽ,& cõſti.
qui corã ſe, vt teneatur de lenocinio qua paten
ter ſineret maritus non ſi haberet ſuſpicionem.

242 ℭ †Sed limita prędicta non hře locũ,in cleri
co,nã ſi videt clericũ loquentẽ cum filia aut v-
xore ſolis vel oſculante non eſt pſumptio con-
tra clericum ꝙ malo zelo fecerit, ſed bono vt
no.gl.in.c.abſit.xi.q.i.& ideo non põt eum oc
cidere,vt per Ang.in.d.gl.ii.col.ver.ſi aũt repe
riatur ꝙ tñ intellige ſcdm Aug. ibi conſideratis
circunſtantiis loci,& tpis & qualitate perſonæ
clerici per tex.in.c. omnibus.lxxi.diſti. Panor.
in.c.quanto de præſump.idem in laico conſan
guineo,vt per Ang.in.l.his qui.C.de adulte. &
vide Mar.in rub.ff.de fideiu.nu.lx.limita ĩ hoc
niſi clericus fuiſſet captus infragranti,nam tol-
litur talis præſumptio,vt per Bal. Anſt. Raff. in
l.quid ergo.§.ſi hæres.ff.de leg.i.& per Mar.in
l.i.in prin vi.col.ver.& dixit Bal.& Ang.ff.de
quæſtio. Ang.in.d.glo.ver.quid ſi pater vel ma
ritus,vbi Aug.allegat tex.cum glo.in.d.c. ſi ve
ro lo.i.de ſent.excom. vbi doc.Mar.in.l.i.C.de
rap.vir.vii.ca.ver. & de iſto repert.in fragrãti
& in.l.i.in prin.iiii car.ver. ꝛ dixit Bal. ꝛ Ang.
& in.l.vnius.§.cognitum col.fi.ff.de.q. & in.l.
diuus.ff.de parri.& in conſi.ix.in quibus ꝙ nec
etiam incurrit in canonem ſiquis ſuadente Par.
in tract.ſind.in verbo clericus officialis.

243 ℭ †Qualiter autẽ puniatur clericus ſe iactans
commiſiſſe adulterium,dic vt per Pau. in con-
ſil.ccv.& conſil.cccxlv.

244 ℭ †Limita etiam in magiſtratu, & officiali,
nam marito non licet eum interficere cum nõ
vilis dicatur patri vero licet repertũ infragran
ti,vt per Barto.in.d.l.quod ait lex. & in.d.l.ſi
marito.ff.de adult.doct.in.l.hoc accuſare.ff.de
accuſ.& in.l.tractus.ff. de adul.Par.in.d.trac.in
d.ver.adulterium,& per Ang.in.d.glo.in.fi.ii.
col.ver. & aduerte quod ſupra dixi ꝙ licet pa-
tri occidere inuentum in actu venereo,vbi etiã
dicit inuentum in actu venereo ſi fuerit inſulta
tus in actu & fuerit inſecutus fugientem licet p
horas, & in alio loco quam in domo propria,
aut generi occidat, vt in.d.l.quod ait lex.§.fi.
vbi Bar.& per Alex.in conſi.xxiiii.ii.vol.& p
Par.in.d.tract.in verbo officialis offenſa.

245 ℭ †Limita etiam in vaſſallo,nam non poteſt
occidere dominum, vel regem adulterum per
l.ſi adulterium cũ inceſtu.§.fi.ff.de adult. p quẽ
ita ibi Dy.Bar.ꝛ p Par.in.d.ver.officialis offen.

246 ℭ †Quid in Papa an occidi vel accuſari poſ-
ſit per Felyn.in.d.c. quæ in eccleſiarum.xliiii.
colum.verſic.xvi.in fi.de conſti.& an,& quan
do liceat patri vel marito magiſtratum accide-
re per doct.in.d.c.ſi vero.

247 ℭ †Limita etiam in occidente adulterum,
qui ſecurus eſt a lege,vt in caſibus prædictis ha
beret locum, & eſſe ſecurum in terris imperii,
& non eccleſiæ, ita dixit Felyn.in.c.eccleſiæ
ſanctæ Mariæ.vii.colum.ver. Limita ſecundo
regulam de conſt.& ſupra dixi addendo.

248 ℭ †Limita tñ dicta in marito,vt nõ poſsit eã
occidere,ſi maritus retineret cõcubinam, nam
ſi tunc non perdit dotem quod minus eſt ergo,
nec vitã,quod maius eſt ita per Mar.in.l.i.§.itẽ
diuus.ff.de ſicar.quod no.ſi eſſet verum,& per
Io.de arn.in dial.xli.poſt Mar.vbi ſupra.

249 ℭ †Et no. vnum quod dixit in hac materia
Pau.in conſi.clxxix. ꝙ ſi maritus & fratres oc
ciderint vxorem ſolus maritus punitur,& non
fratres,& vide Mar.in.d.l.i.iii.col.ver.circa il-
lud.C.de rap.vir.vbi licet congregare amicos,
& conſanguineos,& in ſing.clxxv.Cepo.con-
ſuluit in conſi.iiii.de ſtatuto permittente fratri
occidere conuerſantem turpiter cum ſorore, ꝛ
frater conuocauit amicos,& occiderit excuſa-
ti ſunt amici,& vide dictum Pau.in.l.inuictum
circa finem.ff. de ſer. vrb. prædio. & late per
Mat.in.d.l.i.quando licet vendicare an licet cõ
gregare amicos,& conſanguineos.

250 ℭ †No.etiam ꝙ ſi maritus veneniauerit vxo-
rem licet non moriatur tenetur de parricidio.
Barto.in.l.i.in fi.ff.de parri. Sal.in.l.i.C.de ma
le.& ma.Ang.in gl.ex interuallo ver.vnum ta
men Bal.in conſi.l.incip.ſtephanus.

251 ℭ †An autem in caſu quo licet marito occi-
dere vxorem adulteram poſsit maritus lucrari
dotem ex pacto aut ſtatuto propter mortem

præcedentem vxoris,dic vt per Bar.et alios in l.ſi ab hoſtibus.§.fi.ff.ſol.mat. & in.l.ei q mortem.ff.de his quibus,vt ind. & Aret.in.d.l.ſi ab hoſtib⁹ vbi plene, vbi ſi ex forma ſtatuti vel cõſuetudinis licet adulteram vxorem occidere lucratur dotem, & ita alias reſpondi ſtante.d.cõſti.ſi maritus per quam licet occidere ꝙ poteſt lucrari dotem ex pacto aut ſtatuto vel conſuetudine iuxta diſtinctionem Aret. vbi ſupra vide ibi ſcribentes & plene per Marſil.conſulentem in conſil.xciii. & conſil.cxxvi.vbi idem ſi cauſam mortis dederit, immo excluſo ſtatuto occidendo maritus vxorem non ſuccedit vxori p vnde vir & vxor.vt per Bal. Pau. & alios in.l.i.C.vnde vir & vx.& Anto.ruſſel.in arbo.affin.& conſan.col.lxxxvii.& ſi occidatur,& non vendicauerit mortem vxoris ammittit dictum lucrum ſtatuti, vel pacti ſecundum Ray. & alios in.l.cum mortem.ff.de iure fiſ.& Bart. & Ange.in.l.ſequens.§.fi.ff.ad ſill.& in.l.ei qui ff.de his quibus,vt ind.

252 ℭ † Item ſi mulier occidat maritum non lucratur donationem propter nuptias vigore ſtatuti, vt in reg. per conſtitu. mulier quæ dodarium,&.c.reg.incip.mulier quæ dodariũ, nam mulier etiam perdit dotem occidendo Bald. in in ſpecul.in titu.de homi.

253 ℭ † Vxor autem adultera ammittit dotem & dodarium ſeu donationem propter nuptias,& etiam bona parafrænalia, vt per Cy. & alios in.l.i.C.de adulte.& in.l.ex conſenſu.C. de repud. Barto.& alii in.l.rei iudicate.§.morum.ff.ſol.ma. Ange.in.d.gloſſ. che hai adulterato.iii.col.Panor.& alii in.c. plerunque de dona propter nuptias ſpecu.in tit.de dote poſt diuor.re.§.fi.ver.itẽ quæritur ecce. Bal.in.l.i.§.illud.C.de rei vxo.actio.et per Alex.in.l.morá.in.fi.ff.ſo.ma.Pau.conſi.cxxvi.& conſi.cxix.

254 ℭ † Extende etiam ſi non adulteratur cum effectu,ſed impudice verſaretur, vt intactis mámillarum & oſculo licet carnaliter non peccet vt per Dec.in rub.de iudi.in prin. per Bald. in c.tuę de procura.verſi.ꝙ ſi abſq; carnali Math. in d.conſtitu.ſi maritus immo vidua tunc ammittit dotem,vt conſuluit Pau.in conſil.lxi. de quo per Alexan.& Iaſo.in.l.ſororem.C.de his quibus,vt indi.quod procedit dummodo viuẽs vir ageret alias hæredes non poſſent excipere vt ibidem,& per Augu.poſt Ang.in.d.glo. che hai adulterato. & pleniſsime per Mar.in.l.i.C. de rap.vir.car. vi.nu.lxii. ver. ſucceſsiue quæri poteſt Alex.in.l.rei iudicate.ff.ſol.ma.

255 ℭ † Limita tamen dummodo vir non retinuerit concubinam,nam tunc retinendo agere non poſſet cum tunc delicta mutua compenſatione tollerentur, vt per Pau.conſi.cxxviii.gl.& Panor.in.c.pen.de adulte. Auguſt.poſt Ang.in.d.glo.Mar.plene in ſing. ccxxxiiii. incip paria delicta,& in.l.i.§.fi.ff.de ſicar.& in.l.patre vel marito.ff.de quæſtio.

256 ℭ † Limita niſi dolo vel metu eſſet inducta mulier ad committendum adulterium, vt conſuluit Panor.in con.iiii. & Aug.poſt Ang.in.d.glo.in apoſt.in auct.ſed hodie.& Marſi.in rub.C.de proba.num.cclvii.

257 ℭ † Sed qd ſi habeat filios ex primo marito vxor. deinde tráſeat ad ſcdas nuptias cui applicet dos pp adulteriũ marito vigore ſtatuti, an aliis dic ꝙ filiis,vt p Franciſ.de crema.in ſingu.lxxxvi.& p Io.de arn.in proble.xxvii.ꝙ no.

258 ℭ † Et an in eodem libello accuſari poſsint adulter,& adultera,dic vt per Ioan.de arno.in proble.iii.& an ex officio procedi pro adulterio, & quando?dic vt per Mat.in conſtitu.maieſtati noſtræ,& in deciſ.clxxvi.ꝙ ſic ſi eſt notorium facti, aut per confeſsionem,alias ſecus qualiter autem probetur adulterium.

259 ℭ † Et quid debet articulare.dic plene vt per Ang.in.d.gl.v.col.& Bar.in.d.l.ait lex.& in.l.capite qnto.ff.de adul. Bal.in.c.i.vii.col.quibus mo.feu.amit.Panor.in.c.ꝓterea.ꝛ ibi Fel.de teſti.c.ex lr̃is de ꝓſump. Parnor.in.c.tertio loco.de ꝓbat.& in.c.tertio loco.de ꝓſump. Math.in d.conſt.ſi maritus.ꝛ alii ſupra.Mar.in rub.C.de prob.nu.viii.ꝛ nu.clxxxiiii.Par.in tra.ſind.ca.lxxx.& ca.cxxii.Mat.in cõ.xxviii.et cõ.cxvi.

260 ℭ † An aũt in cã adulterii iudex poſsit procedere ex offõ.dic ꝙ non,vt p Mat.in conſt.legũ aſpitatẽ.iiii.no.ver.vl.poſt And.ĩ deci.clxxvi.

261 ℭ † Sed an mulier meretrix accuſari poſsit ab extraneis de adulterio.dic vt in.l.quæ adulterium.C.de adul.vbi no. & per Cap. in deciſſa.con.xliiii.ꝙ nõ,ſed a viro,& aliis propinqs.

262 ℭ † Et an iudex eccleſiaſticus cognoſcet de adulterio, & an imponet omnes pœnas, & qũ dic vt per Io.de arno.in proble.lxxii. vbi ꝙ ſic niſi concurrat inſultus,& violentia, nam tunc cognoſcet laicus,dic tamen, vt per doc.in.c.fi.de foro compe.& per Mathe.in.d.conſt.legum aſperitatem.& in conſti.maieſtati.noſtræ.

263 ℭ † Sed quæ ſit pœna adulterii, dic in viro, vt in.l.quamuis.la ſecunda.C.de adulter.vbi Saly.ꝙ pœna mortis,in fœmina vero, vt in auct.ſed hodie.C.eo. vt detrudatur in monaſterium quando eſt ſimplex adulterium,ſi vero concurrat qualitas inceſtus eſt pœna capitis, nec per

d.a uct.eſt correctum,vt in.l.ſi adulterium cum
inceſtu.in prin.& ibi Bar.ff.de adul. Ange.in.d.
gl. v.co.ver.q̃ro quę ſit pœna. Fulg.in cõ.clini.
Mar.in con.lxxxiii.& conſ.ci.Io.fab.& Ang.
in.§.item lex iulia.inſt.de pub.iud.& per Mar.
in.l.ſiquis viduam.ff.de quæſt.an hodie ſit cor-
recta,& qua pœna ſit puniendus adulter.
264 ℂ †Sed qd ſi erat meretrix, & ſolita ab aliis
cognoſci an puniatur cognoſcẽs.vt in.d.l.quæ
adulteriũ ꝙ non,& per Bon.in tit.quid ſit accu
ſatio.pen.col:contrarium ſentit Io.de arno.in
epit.xix.incip.tu regnicola hodie vero ĩ regno
quantum ad virum remanet.d.l.quamuis in cor
recta , vt pœna mortis puniaꝛ in fœmina vero
mitigaꝛ pœna, vt non puniaꝛ pœna mortis, ſed
pœna truncationis naſi,vt in.d.conſt.legũ aſpe
ritatem.vbi per Mat. poſt And. diſputat an ſit
correcta.d.l.quãuis.quo ad virum & concludit
ꝙ non,& ibi quærit an ſit ſublata pœna fuſtiga
tionis, & verberationis de qua in.d.auc.ſed ho
die dicit ꝙ ſic,ꝛ ſufficit ſola naſi trũcatio in ſuc
ceſſione vero remanet in correcta quo ad virũ
vero dicit Ma.ibi.iii.no. vidiſſe condẽnatos plu
res accuſatos de adult.ad mortẽ,et ita executũ.
265 ℂ † Sed quærit ibi Mat.ver. ſed quæro quid
ſi adulteratur mulierem nõ in vulua ſcdm nat.
ſed in ano contra naturam an puniaꝛ de adulte
rio dicit ꝙ punitur tanq̃ ſodomita cum tale vi-
tiũ ita contrahaꝛ in fœmina ſicut in maſculo,et
ſic igne cremabiꝛ,vt ibi,& iuxta nouel.prag.ſu
per ſodomia incip.item, per che cõprobata no
uiſsime p prag.ſuæ mag.ceſa. & vide p Panor.
in.c.in archiepiſcopatu.i.no.de rapto.vbi pari
ter puniꝛ abutes fœmina ſicut maſculo.& Gan
din.in rub.de var.q.ex ſtatu.vi.co.
266 ℂ †Sed an iudæus adulterans punitur pœna
d.l.quamuis.dic ſecundum Mathe.puniri pœna
mortis,& ita conſuluit Barba.con.lxiii.iiii.vo-
lum.& per Mar.in conſil.ci. & plene per Paul.
grill.in tract. de pen.omni.coi. xii.q. vbi dicit
virile amputandum,& per Pet.de anch.in con
ſil.xv.Ioan.and.in.c.gaudemus.de diuor. habe
tur in c.archipresbyteri.de appella. Fely.in.c.
in tantum nullis.in fi.de iudi.& per Alex.in cõ
ſi.xcix.vi.vol.et Corn.in conſi.cxiiii.i.volum.
vbi de pœna iudæi cognoſcentis chriſtianam ,
& per Math.in conſti.blasfemantibus.in princ.
267 ꝙ virile amputatur. ℂ †Quo ad vero adulte
terium meretricis,an ipſa excuſetur a pœna.d.
conſt.vt truncetur naſo,et adulter excuſetur a
pœna.d.l.quãuis.Ang.in.l.i.C.de rap.vir. dicit
ipſam non euitare pœna adulterii, adulterũ ve
ro excuſari a tali pœna,ita Pau.in conſ.cccvii.
Augu.poſt Ang.in.d.glo. che hai adulterato in
ver.quæro quæ ſit pœna,& per Bar.in.l.mꝛ.§.
mulier.ff.de adulte.Mathe.in.d.l.conſti. legum
aſperitatem ver.& ſcias vnum no. quod eſt no
tandum.& vide multa per Mar.poſt Saly.in.d.
l.i.C.de rap.vir.ver.modo quęri poteſt eũ.ver.
ſeq.& per Cap.in.d.dec.xliiii.vbi etiã ꝙ a ma-
rito,ꝛ patre accuſatur ab extraneis nõ mulier.
ſed quid ſi mulier fuerit iudæa qualiter punia-
tur,dic vt per Bel.in pra.in titu.de leno.in fi.&
268 Pau.grill. vbi ſupra.ℂ †Et quid ſi eſt comma
ter qualiter cognoſcens puniatur dic plene , vt
per Par.in verbo adulterium.in fi.vbi ſi marita
ta,et cõmater pœna aggrauatur,vt ibi per eum
& ſic pœna adulterii exaſperatur ex iſta quali-
tate,vt ibi,& de iſta cognatione ſpirituali,vide
per Ioan.de am.in.l.commentario. vbi quærit
an poſsit accuſare de morte compatris.
269 ℂ †Et de pœna patris cognoſcentis filiam,ꝛ
filii matrem, vt per Bel.in.d.titu.de leno.circa
270 fi.& ibi de cognoſcente iudæam. ℂ †No. et
alio caſu mulierẽ puniri pœna truncationis na
ſi,vt qñ mater venderet,& traderet filiam vir-
ginem cognoſcendam pecunia mediante, vt in
conſti.matres per quam mater vendens, & p-
ſtituens filiam pœna truncationis naſi punitur
& ibi per Mathe.& ſi non vendiderit ,ſed filiæ
conſenſerit alia pœna,& extra ordinem puniꝛ
& ibi Math.ꝙ nõ refert an ſit legitima, an na-
turalis, & ꝙ ſi eſt vidua dicit non puniri pœna
d.conſti.& ibi ꝙ non habet locum pœna.d.cõ-
ſti.de proſtrituente,& vendente,ſed pœna alia
grauiori de qua in.l.fi.C.de ſpecta.lib.xi.vbi in
metallum damnatur pater,fal it tñ,et modera-
tur in matre conſentiente filia, & concurrente
extrema neceſsitate ob ſubſtentationem vitæ ,
vt conſti. matres la ſecunda alio etiam caſu im
ponitur pœna truncationis naſi, vt in conſtitu.
lenas in muliere faciente lenocinium, nam pu-
nitur tali pœna ſi fuerit effectus ſubſecutus ſe-
cus ſi non conſenſerit mulier , vt ibi per Math.
nam extra ordinem punitur , & ſecuto effectu
etiam fuſtigatur,vt ibi licet iure cõi pœna capi
tis puniebaꝛ,vt in auc.de leno.in prin.quæ cor
rectio procedit in fœmina lena nõ ĩ maſculo le
none,vt ibi per Math.& vide de materia leno-
nis,vt per Bel.in pra. in tit.de leno. hæc & ſe-
quentia ex abundanti dicta ſunt nacta occaſio-
ne materiæ, vt quid extra ius commune in re-
271 gno ſtatutum repetiatur differamus. ℂ †Deci
mo excuſatur occidens raptorem virginis, aut
vidue aut nupte honeſte in fragranti tñ crimi-
ne raptus,vt habetur in.l.i.C.de rap. vir.& in.l.

raptores. C. de epiſ. & cler. vbi licet parentibus conſanguineis tutoribus, ⁊ curatoribus occidere raptorem in fragranti idem dicit ibi gloſſ. in cognatis & affinibus, nam ſi parentes, & conſanguinei patiãtur rapinam licet cognatis aliis occidere per. l. iii. §. cũ igitur. ff. de vi & vi arm. dummodo in fragranti faciant vt ibi.

272 ℭ † An autem poſsint hæ perſonæ congregare amicos affines, ⁊ alios ad occidendum impune. dic ꝙ ſic, vt ſupra, & per Pau. in. d. l. raptores. & in. l. refectionis. per illum tex. ff. cõ. prædio. Bal. in. l. i. C. vnde vi. & in. l. vt vim. ff. de iuſti. & iure. Cepol. conſil. iiii. Ana. in. c. fi. de rap. & plene per Marſi. in. d. l. i. iii. ⁊. iiii colum. verſicu. ſed ego. & verſicu. & circa illud. & in ſing. clxxv. incip. conceſſo vno.

273 ℭ † Sed an liceat iſtis occidere principalem raptorem, & etiam alios ſocios & auxiliatores in actu rapine, dic ꝙ ſic ſicut principalem, vt contrariorum eadem ſit diſciplina, nam ſi licet parentibus, & ſociis occidere impune raptorem ergo licet parentibus etiam ſocios, & auxiliatores occidere ſicut. ſociis licet raptorẽ occidere. item licet eos occidere. ex quo eadem pœna puniũtur, vt. d. l. i. ver. pœnas autem. nã omnes pœna capitis ſubiiciuntur, & amiſsione bonorum ſicut raptor ſed arg. contra; nam non fuit dictum de aliis, ſed de raptore tantũ, vt occidi poſsit ergo ſi voluiſſet dixiſſet. l. i. C. de cadu. toll. nec in pœnalibus admittitur extenſio, vt in reg. ĩ pœnalibus. ff. de reg. iur. vbi Deci. plene, ſolutio dic ꝙ licet per. l. quoniam multa. C. ad. l. iul. de vi. ita Bal. in. l. i. C. vnde vi. pen. col. verſi. ſed an ſicut licet offendere facientem. vbi dicit licere. etiam auxiliatores offendere cum licet principalem clarius in ea lege. vi. q. vbi allegat. d. l. i. C. de rap. in. v. no. dicens. v. no. ꝙ raptorem, & eius ſocios, & ſequaces in fragranti crimine cõprehenſos licet illis ad quorũ verecundiam actus iſte reſultat occidere alios vero non in eodem actu auxiliatores miniſtros, & ſequaces ſiue ante. nõ tamen in actu, ſiue. poſt nõ licet occidere cum non eadem pœna puniãtur, vt in. d. l. i. dicitur, & in. d. l. raptores. Et no. dictum Bald. ibi dicentis licere occidere ſiue rõne coniunctionis, ſiue rõne officii, ſiue. rõne cuiuſlibet alterius iuris etiam toti caſatę & conſanguinitati cum vni facta iniuria toti caſatę cenſetur facta, et ſic oĩbus de. caſata licet, vt ibi.

274 ℭ † An illud de extenſione in pœnalibus procedit extenſio fauore publico, vt plene per Deci. in. d. l. in pœnalibus. & in conſ. lxv. & conſi. lxxxiiii. Ang. in gl. nec non ad quærelã. Math. in conſt. ſiquis aliquẽ. Mar. in. d. l. i. C. de rap. xſi. cat. in gl. in verb. cõpenſans, fauore. n. publicus reputatur hoſtes occidere, vt in conſt. pœnã eorum per quam expedit foriudicatum tanꝗ hoſtem occidere, ſed rapiens & ſocii dñr rapiẽdo hoſtes, vt ibi dicit in. d. l. i. ibi hoſtili more. vbi Bal. dicit. no. raptorem reputari hoſtem reipu. ergo licet etiam auxiliantes, & ſocios occidere in actu & fragranti, vide etiam ibi per Sal. Pau. aũt gri. in tra. de. pe. om. co. x. q. vbi tractat hãc materiam raptus tenet contra ꝙ non licet occidere auxiliantes, et aſſociantes tanꝗ exorbitãs & odioſa ſit. d. l. i. & non extendat ad eos, vt p Sal. ibi tene ꝙ ſupra. & per Boni in ti. quis poſſ. alium defen. Hinc nacta occaſione aliqua de raptus diſſeramus & ſtupro, & p̃ in quibus pſonis locũ habeat. ſcdo qñ contrahat crimen raptus. tertio de pœnis raptus. quarto de ſtupro, & pœ
49 Quæ pœna imponitur pro hom. iur.ean.ubi de pœna perpetui carceris, & alijs pœnis corporalib.et an ius canonicũ ĩponat pœnã mortis & ſanguinis n.50. & quas pœn.is ponit ius canonicũ proſequere,& qd ſi dicat canõ imponi pœnã mortis quo intelligi tur 51.Et an pœnã dãnationis in metallũ.

52 Pœna perpetui carceris an morti æquiparetur,& an imponi poßit per eccleſiaſticum perſonis laicis n.53.

54 An iudex ſecularis dãnare poſſet ad pœnã ppetui carceris, et an cõdẽnãdo ualeat ſnĩa & an dãnatus ad ppetuos carceres efficiatur in ſucceßibilis n.55. & an inteſtabilis.

56 An pœna ut muretur ſit in uſu,et cognita iure cãn.

57 An tradi poßit clericus curiæ ſeculari, ut moriatur.

58 Quæ ſint delicta degradatione digna, & de degradatione uerba,& actuali, & in quibus delictis locum habeat,& quid requiratur, & an incorrigibilitas,& an pro hom. actualiter degradetur n.59.& quæ requirantur,ut tradatur curiæ ſeculari n.60.et an degradatus retineat priuilegium n.61. tam fori,quam canonis ſiquis ſuadente.

62 An in aſſaßinio requiratur degradatio.

63 Forma degradationis actualis & uerbalis, & diſpoſitionis quæ ſit.

64 Qualis debet eſſe carcer cum condemnatur ad perpetuos carceres.

65 Si fuit degradatus, & traditus curiæ ſeculari & fuerit oppoſitum de nullitate degradationis quis cognoſcet de nullitate ſecularis an eccl ſiaſticus.

66 Pro homi.efficitur irregularis & priuatur beneficio,& an ipſo iure,an requiratur ſnĩa & an cum conſcia homicida retineat beneficium n.67.& an renũciare põt beneficio & qd in aſſaßino,an ipſo iure ſit priuatus.

68 Quis põt diſpenſare ſuper homic.& an eps.

69 Epiſcopus an poßit pœnam priuationis beneficij commutare in pecuniariam.

70 Quibus ex cauſis pœnæ homicidarum minorentur,aut differantur proſequere.

71 Vtilitas publica minuit ordinariam pœnam ut ſi eſſet magnus artifex.

72 Executio pœnæ capitalis acceleratur in manifeſto latrone & grauibus.

73 Pœnã minuitur ob ſeruitia præſtita prĩcipi

74 Bona uita, & fama eſt iuſta cauſa minuendi pœnam.

75 Priuilegium cardinalis,ut ſi apponat condemnato pileum liberat a pœna mortis, idem in filio regis obuianti, & in corpore xpi.

76 Si pater præſentat filium homicidum nõ punitur pœna mortis.

77 Si immineret periculum uitæ principis retardatur executio pœnæ capitalis, & an ſi promittat capere famoſos delinquentes & latrones uel conſpiratores contra principem ex hoc differatur executio ibidem.

77 Differtur executio ſi liquet poſt ſententiam de innocentia rei, & quid ſi appareat iuſta ſententia nu.78.

79 An ad tumultum populi differatur executio ſententiæ capitalis, & an acceleretur, & quid ſi timetur ne conſanguinei eripiant cõdemnatum,an acceleretur nu.80.

81 Si princeps mandat puniri grauiori pœna, quam ſolita,aut de iure.

82 Quid ſi debet reddere rationem, ut quia campſor,an condemnatus,ſi fuerit differatur executio.

83 Differtur executio mulieris prægnantis condemnatæ uſq; adeo pariat.

84 Differtur executio propter neceßitatem indagandi alterius criminis.

85 An ſi condemnatus uelit meretricem capere in uxorem liberetur a pœna mortis.

86 An decuriones & anciani & conſiliarij ciuitatis puniantur ordinaria pœna mortis.

87 In delictis puniendis an qualitas inſpiciatur perſonæ, & quãdo, & in quibus, ut magis, aut minus puniatur.

88 Quid ſi accuſetur de maiori crimine an ſuperſedeatur, & differatur.

89 Quid ſi efficiatur furioſus, an ob furorem ſuperuenientem differatur executio.

90 Quid ſi teſtes ſint de falſo accuſati ex quibus fuit condemnatus an differatur.

91 An differatur executio per appellationem factam per conſanguineos.

92 Quid ſi effectus fuerit clericus an differatur executio, & per quem puniri debet.

93 Clericus primæ tonſuræ an cognoſcatur p ſecularem.

94 Minori, & infanti pœna an minuatur, & quid in ſene.

95 Si liquet de innocentia condemnati, an differatur executio & liberetur.

96 Si condemnatur quia occidit titium qui uiuit liberatur, & non punitur.

97 Retractatur ſententia capitalis quãdo fuiſſet lata ex aliqua præſumptiõe retractatur per fortiorẽ præſumptionẽ ſuperuenientẽ.

98 Item retractatur ſnĩa ex defectu iuriſdictionis quæ opponi poteſt etiam poſt ſnĩam.

99 Si conſtat de homicidio per oppoſitionem, & exceptionem quia obijciatur, an puniatur pœna capitis.

100 Conſanguinitas minuit delictum inter conſanguineos.

101 An debeat fieri remiſſio delinquentis ad locum delicti.

102 An ſtatim q̃ cepit corpus Chriſti condemnatus occidi poteſt, & an ei denegari poteſt corpus Chriſti.

103 Iudex an poſſit dare aliud genus mortis.

104 Si delictum eſt commiſſum extra territorium an minuatur pœna.

105 Multitudo filiorum, an ſit cauſa minorandi pœnam, ut non moriatur.

106 Detegens coniugatione regis mitius punitur & alias cauſas proſequere, & ibi an priuilegium liberetur, ſi domus alicuius habeat priuilegium, ut quia ad eam confugerit ſit liber ibi.

107 De cauſis augentis pœnam, & primo ex cõſuetudine delinquendi & reiteratione delictorum q̃ pœna augetur, & ibi quid operatur reiteratio, & geminatio delicti, & princeps indulgeat reiteranti, & quid ſi reiterauit plura delicta pecuniaria, an pœna capitis.

108 Puniatur, & per quo tactus dicitur ſolitus delinquere, & quid ſi pœna ipſo iure infligatur, & quid ſi reiterata ſint minima.

109 Pœna an augeatur ex contumacia in repetẽte, ut in foriudicato perſeuerante per annũ pœna augetur ex qualitate perſonæ occiſi proſequere, ut ibi ſi offendatur officialis regis, & aliæ perſonæ, ut ibi.

110 Augetur pœna ex qualitate delicti, & an, & quando liceat iura tranſgredi, & quomodo intelligitur, & per quos.

111 Itẽ pœna exaſperatur ratione mali exẽpli.

112 Pœna exaſperatur ratione arbitrij, & an in arbitrarijs liceat arbitrari mortem, & quomodo intelligitur, & quando, & an inferior ratione arbitrij poſſit ad mortem cõdemnare. n. 113.

114 Arbitriũ quid operatur & an ponet ad torturam abſq; indicijs.

115 De delicto facto coram iudice, an pœna alteretur, & an ſecundum conſcientiam poteſt punire, ut ſi uiderit occidere, abſq; probationibus & quid ſi ſedeat pro tribunali, & quid ſi ſciat accuſatum innocentem, quia alius occidit et tamen confeſſus extitit maleficium cum alijs indicijs, an iudex teneatur condemnare, uel quia teſtes deponant contra

tra eum, an uero poterit liberare. nu. 116.

117 *Si relegatus ad tempus non parit relegationi duplicatur tempus.*

118 *Alterat pœnam mutatio ſtatus, & qualitas, ut quia manifeſte committatur n. 119.*

120 *Si pœna minui debet quam erit imponenda, & quæ ſi augeri debet, & an pecuniariam, & ſi corporalem quæ erit.*

121 *De pœna ad remigandum, & ſi non ſit appoſitum tempus an perpetuo remigabit, et per quantum tempus, & an ſeruum poßit emere, & quid ſi aufugiat an capi poßit pater, aut frater ad remigandum nume. 122. Et an iudex in ſententia poßit ſibi tempus reſeruare.*

123 *An & quando iudex poßit pœnam delicti moderare, tam ordinarius, quam delegatus & an, & quando augere, & an minoribus magiſtratibus liceat iura tranſgredi, & an cauſa inſeri debet minuendo, uel augendo, & an in ſententia, & quid in dubio, an ex cauſa præſumitur, & an pœnam ſtatuariam poßit iudex minuere num. 124. & limi. 8. modis.*

125 *Quid operetur clauſula in ſententia ſaluo et reſeruat.*

7 §. CIRCA Itaq; vltimam partem operis, & pęnas homicidii, primo videndum erit, quid ſit pęna, & quid executio pęnæ capitalis, ſecundo quæ ſit pęna introducta in omni iure pro homicidio, tertio quæ ſint cauſæ minuendi pęnas homicidii, quarto quæ ſint cauſæ augendi, & alternandi pęnas homicidii. quinto
1 de aliquibus quæſtionibus. ¶ †Circa primum pęna a Gan. in ti. de pę. diffinitur eſſe delicti vel pro delicto ſatisfactionem quę propter delicta a lege vel legis miniſtro imponitur, ſm vero Boni. in ti. de pę. pęna eſt delictorum debita caſtigatio, quæ a lege imponitur, vel pęna eſt delicti competens, & iuxta cohertio vel delicti debita caſtigatio quæ a lege vel miniſtro legis imponitur, vt iudice qui miniſter legis eſt. l. celſus
2 ff. de arb. ¶ †Executio vero pęnæ capitalis eſt ſatisfactio quædam quæ fit per condemnatum opera & miniſterio publici executoris pro' ſnię late obſeruatione. l. iiii. §. ait pretor. ff. de re iud. l. ii. & fi. C. de cuſto. reo. Bal. in auc. ſed nouo iure. C. de ſer. fug. per Pau. gri. in tra. de pe. omni. coi. ſeu in tra. de relax. Car. in ti. de ſent. & pę. exec. i. q. vbi etiam dixit fiēdam executionem in loco pub. vt vnius exemplo cæteri. terreantur. l. capitalium. §. famoſos. & . l. aut facta. §. fi. ff. de pę. l. i. C. ad. l. iul. re pe. cle. i. de pe. & qualiter executio impediatur, & ex quibus. dic vt p
3 Fely. in repert. in verbo eius. in addi. ¶ †Circa ſecundum iuxta legem Moyſi, & diuinam pro homicidio talis debeatur pęna, vt in deuteron. iiii. ex exo. & traditur in. c. illa cauenda. xv. q. i. & ſi vir aliquis nolens, & imprudentia occidebat aliquem tres habebat ciuitates tranſiordanem, & tres citra ad quas poterat confugere, & ibi exiſtens ęrat ſaluus tamen ſi parentes, & conſanguinei occiſi coram viris illarum ciuitatum probauerint dolo occidiſſe; tunc occidens tradebatur in manibus parentum, & conſanguineorum occidendus. ſed ſi anteq̄ confugeret ad aliquam illarum ciuitatem forte repertus fuerit aliquis conſanguineus occiſi licet nolēs occiderit, tamen poterat illum occidere hęc erat pęna homicidę ſecundum diuinam, & moſaicam legem, idem ſtatuitur leui. c. lxxx. quod morte moriatur, ſi dolo aut inſidia occiderit.
4 ¶ †Iure vero ciuili antiquo indiſtincte pęna erat deportationis, & bona publicabantur, deinde data eſt diſtinctio perſonarum, vt humiliori loco conſtitui capite puniebantur, & beſtiis ſubiiciebantur honeſtiori vero loco deportabantur, & bona publicabātur hoc dixit tex. in. l. iii. §. legis corneliæ. ff. de ſicar. & text. in. l. qui ceden. ff. eod. inde pęna mortis introducta eſt, vt in. l. iii. C. de epi. aud. vbi homicidia expectet quod aliis ipſe fecerit, & text. inſti. de pub. iud. in. c. item lex cornelia ibi quæ homicidas vltore ferro proſequitur iuncta. l. aut damnum in prin. ff. de pę. declarat. n. quando punitur ferro, et gladio feritur vitam adimi intelligitur ad idem text. in. l. ſi adulterium cum inceſt. §. imperatores ibi vltimum ſupplicium remitti pōt. ff. de adult. excuſatur ergo ab vltimo ſupplicio propter iuſtum dolorē ergo innuit pro homici
5 dio pęnam fore vltimi ſupplicii. ¶ †Vltimum aūt ſupplicium mortē interpetrantur. l. vltimū ſupplicium. & . l. qui vlt. ſup. ff. de pę. & in cōſt. omnes. iuncta conſt. peſſimam. i. lib. ad idē tex. in. l. pen. §. qui alias perſonas. ff. de parri. vbi occidens alias perſonas q̄ coniunctas capite &. vltimo ſup. damnatur, & in. c. i. §. ſiquis hominē. de pa. ten. & ita tenet gl. in. d. §. item lex corn.

& per Gandin.in tit.de homicidio in prin. Boni.eo.tit. & in titu.de pœnis. quando videlicet dolo occidit iuxta.l.i.C.de ſicar. & non aliter, vt ſupra,& Bal.in.d.l.iii.C.de epiſ.aud.no.per illum tex.pœnam homicidii hodie fore ſine redemptione pœnam mortis idem ibi Pau.dicens verum quando dolo , & non culpa etiam ſtante ſtatuto ꝙ occidens occidatur, & idem Paul. in.l ex morte.C.ad.l.aquiliam. Ang.in glo.ex interuallo.gl.& Ange.in.l.grachus.C.de adulte.Cepo.conſi.xxxiii. Ange.in.d.l.iii.§.fi.ff. de ſicar.vbi dixit pœnam non eſſe in vſu ꝙ ſubiiciantur beſtiis, ſed eius loco naturaliter decapitatur idem dicit pœnam deportationis non eſſe in vſu,ſed nobilis decapitatur,& ſic innuit indiſtincte ſiue nobilis, ſit ſiue non decapitatur naturaliter , & moritur plene per Mar.in.d.§.fi. & in.l.i.in princi.ff. de ſicar. & in.l. qui ceden. eo.tit. & conſi.ix. & conſi.xxiiii.& conſ.lxiii. & conſi.lxvii. & conſi.xc. & ſequen. & conſi. c. & conſi.cx. & conſi.cxv. & conſi.cxiii. & in ſing.cclxx. & Thom.gram.in voto.xxiii. Hodie vero in regno eſt prouiſum & innouatum iuri communi, vt miles , & nobiles vltore gladio capite feriatur & decolletur, & caput a ſpatulis amputetur inferiore loco poſitus furca ſuſpenditur ita ſtatuitur in conſti. reg. terminum vitæ. primo lib.ſub.rub.de homicidio puni. & ſic etiam in regno hodie indiſtincte pro homicidio vita adimitur licet qualitas mortis alteretur,& diuerſificetur ratione nobilitatis, & ignobilitatis,& vide ibi per Math.v.no. vbi de pœna legis corneliæ,& per Par.in tra.ſind.in ver. pœna.verſi.an ſi lo vlti.& ibi in verſi.an ſi ſtatutum. dicit ꝙ ſi nobilis furca ſuſpenditur punitur iudex ibi vnde iudex,ſed quatenus de furca dicit.d.conſtit.videtur eſſe contra text.in.l.aut damnum in princi.ff.de pœn. vbi pro pœna vltoris gladii non debet furca ſuſpendi. dic quando ita eſſet condemnatus, ſed ſi ad furcam condemnatur furca poteſt ſuſpendi,ita dicit tex.in l.capitalium.in princi.ff.de pœnis.Sic & tranſfuge, & detectores,& denunciatores conſiliorum regiorum,& principis ſeditioſi, & concitatores tumultus popularis furca ſuſpenditur , vt in.l.ſiquis la.ii.ff. de pœnis. dic vt per Bald. in.c.poſt.§.iniuria.ii.co.de pa.iura.fir. vbi ponit caſus in quibus quis furca ſuſpenditur,& vide caſus per Guido.Papæ.in deciſ.parla.ccccclxxxix.Sit etiam pro furto rei valo. vltra vnciam furca ſuſpenditur.c.i.§.ſiquis quinq;. ſolidos.de pa.te.& in.c.reg.incip.ad hæc ſub rub. de fur.& licet Math.in conſtit.terminum vitæ.

dixerit pro tali furto indiſtincte puniri , & ſuſpendi furem non habita diſtinctione nobilitatis tamen dicit contra illud.c.ad hæc. quod ſtatuti nobilem decapitari, & alios furca ſuſpendi,& vide Par.in.d.tra.in dicto ver.pœna.ver. an ſi lo vltim.vbi idem quod Math. quod propter furtum nobilis furca ſuſpenditur . idem in proditore,vt per Ioan.de arno.in proble.lxxi. poſt Marſi.in ſingu.xv.in quibus etiam habeat locum pœna furcarum,dic vt per Gandi.in tit. de pœn.circa fi. vbi ponit caſus varietatis pœnarum mortis furce , & ignis ammiſsione manus pedis oculi,& bullationis,& fuſtigationis, & per Bald.in.l.data opera.C.qui accuſ.po.& perquire infra in repilogatione cõſt.&.c.regñ.
6 ¶ †Et licet pro homicidio pœna mortis ſit introducta tamen in poteſtate iudicis eſt pœnam ex cauſa minuere , & homicidam deportare.l. lex iulia.§.fi.ff.ad.l.iul.repet.Ludo.in.l.mulier xxxii.col:ff.ſol.ma.Fely.in.c.dilecti.ix.col.& declar.de excep.Thom.gra.in.d.vo.xxiii. Cepo.in.d.conſi.xxxviii.Mar.in pra.in.§.qm̃. & in.l.i.in prin.& in.§.diuus adrianus.ff.de ſica. & in ſing.cclxx.incipi.homicida,& ſupra fuit di-
7 ctum,& infra.¶ †Sed an iudex poſsit imponere nouum genus pœnæ pro homicidio non introductum a iure ,dic ꝙ non, & ideo non poteſt iudex imponere pœnam ꝙ baliſtetur cum certe pœnæ ſunt a iure & conſuetudine ſtatute a quibus non poteſt iudex diſcedere.l. moris. §.iſte fere.& in.l.capitalium.§.moris.ff. de pe. per Bal.in.l.incredibile.C.de pen. ita Par.in.d. tract.in verbo pœna.ver. an iudex. & ideo nõ poteſt iudex imponere pœnam perpetui carceris.d.l. incredibile. alias tenetur in ſindicatu l.aut damnum.in prin.ff.de pe. Ange.in glo. &
8 caput a ſpatulis.i.col.ver. ¶ †Qui immo plus dico poteſt tamen ex cauſa , vt ꝙ latro famoſus,vel grauiter delinquẽs ducatur per terram & trahatur per ciuitatem vel ſtante conſuetudine aut ſtatuto,vt per Par.in.d.ver.pœna.ver
9 ſic.licet.in fi. ¶ †Et an poſsit imponi pœna,vt ſecetur in fruſtra, & diſquartetur, dic ꝙ poteſt in enormiſsimis, vt per Pano.in.c. at ſi clerici, in princ.antepen.col.ver.nam quandoq; punitur.de iudi.vbi de aſſaſsino ꝙ in fruſtra ſcindatur,alias vero non poteſt recedere a pœnis ſta-
10 tutis nulla ſtante cauſa, & ¶ †Ideo iudex pro homicidio non poteſt imponere pœnam manus minorando cum ſtatuto pro homicidio reperiatur.ex quo refert And.in.d.c.i.in ver.bona committentium.in tit.quæ ſint rega.ꝙ cum quidam iudex pro homicidio impoſuiſſet pœ-

nam manus fecit eum rex ſuſpendere eum debet ipſum condemnare ad mortem, & capitalem, & mortis pœnam imponere, ita per Par. in.d.tract.in verbo pœna ver.iuxta.circa fi. & per Mathe.in conſtitu.pœnam eorum.i.no. & xiii.no. & vide per Par.in.d.tract. in verbo iudex.lo.i. vbi ponitur iudex qui non punit corporaliter, aut capitaliter puniendum tali pœna, e cōtra ſi punit capitalr qui non debet puniri.

11 ℂ† Limita niſi per ſtatutum pœna alteretur ꝙ maior pœna imponatur pro vulnere ꝙ̄ pro homicidio, nam iudex debet imponere pœnā vulneris, & non homicidii, vt dixit Bart.in.l.nunquam plura.i.col. ver. quæro circa, hoc idem Bal.in.l.quicunq̄.ii.col.C. de ſer. fug. & ſic limita in caſu illo ꝙ pro homicidio non imponatur vera pœna homicidii.

12 ℂ† Sed an pro homicidio iudex imponere poſsit pœnam pecuniariam vigore ſtatuti imponentis pœnam pecuniariam pro homicidio an vero non valet tale ſtatutum, dic ꝙ doct.tenent communiter taliter ſtatutum valere, vt per Bar.in.l.i.ff.de publi.iud.& in.l.i.ff. vi bon.rap.e.l. tranſigere. C. de tranſ. Bal.in.c.i.§.iniuria de pa.iur.fir. Alb. in tra.ſta.ii.par.q.ccxx. Bar.in.d.l.nunq̄ plura ff.de pri.deli. Aret.in cō.l viii.vbi ex cā dicit valere licet Tancre.in ſua compend. Hoſti. & Io. and.in.c.fi.de conſu. teneant contrarium ꝙ nō videlicet tanq̄ contra ius diuinum indiſpenſabile per ius poſitiuum, & Archid.xxiii.q.iiii.c. duo iſta.&.c.fi.ne cle. vel mo.in vi.no.Imo.in d.l.i.ff.de pub.iudi. Ange.tenet.idem cum Bar. in gl.ex interuallo.Par.in.d.tra. in verbo compoſitio.in prin.vide per Mar.in.l.i. in princi.iii. co.ff.de ſicar.& in ſing.cccccclxv. vbi plene limitat non habere locum in homicidio, & delicto qualificato, vt aſſaſsino parricidio, & proditorie occidendo, vt plene proſequit ibi Mar. & Ancha.in.c.ii.de homi.& in.c. cum non ab homine de iudi. Barb.in con.lxx.ii. vol.& Mar. in conſi.cxv.& per Panor. & Roch. de cur.in c.fi.de conſue.& in.c.ii.de deli.puer.vbi per alios Bal.in.l.i.xvii.col.C.de ſum.tri. & ſide ca. Alex.in.l.i.ff.quod qu.ſ.iur. vbi limitat niſi pœna pecuniaria fuerit cōtemptibilis, vt quia parua pecunia Gemi.in.c.fi.de conſu.in vi.Panor. in.c.ii.de ſepul.Fel.plene in rub.de hom.vbi late proſequitur ꝙ & contra. & limita ibi vt per eum, & per Math.in præludi.conſt. reg. vii.q. vbi idem quod Alex. limitando niſi pœna foret contemptibilis, & per Par.in.d.ver.pœna. ver.quid ſi non obſtante ſtatuto occidat, vt per eum vbi ergo ſtatutum vꝫ poteſt imponere pœnam pecuniariā idem dicas vbi ex conſuetudine aliqua curiarum ſolita extitit componere ꝓ homicidio, & imponere pœnam pecuniariam, vt magna curia vicariæ quæ parte concordata & remittente poteſt maxime ex cauſa pœnam pecuniariā imponere, vt per Mat.in deciſ.cclxxxvii.alleg.glo.in.c.ii. de deli. puer. vbi dixit ꝙ habens iuriſdictionem ex conſuetudine præſcripta poteſt pro homicidio imponere pœnā pecuniariam, & alleg. Mat. Luc. de pœn.in.l.i. in verſ.diſtulerit.C.de ſerr.lib.xii.idem tenentē Par.in.d.ver.compoſito.dummodo ꝙ fiat parte concordata, & non aliter iuxta ritum mag. cur.incip.item ꝙ vbi proceditur, ſub.rub.ꝙ curia ipſa nunq̄ componit, & in alio ritu incip.itē ꝙ dictus locum tenens vbi ſiue ex officio, ſiue ad denunciam, & accuſationem, & Par.& Luc. vbi ſupra. Et an facta compōne pars poſsit iterum accuſari, & qñ, & de caute.per Par.d.ver. compoſitio. verſi.an ſi compoſitio.& verſ.ſeq. an facta, & vide Gandin.in.d.c.ii.in verſic. bona committentium.& Mathe.in dicta deciſ.& in proœm.conſt.viii.nor.& in conſt.ſi aliquem & in conſt.cauſas.alias.ix.nota. & per Thom. gram.in ver.xxxv.& in conſi.xxxv. nec paſſim. & cum vnoq; debet fieri talis compoſitio, ſed cum eo qui ſperatur non delinquere vlterius non tamen cum conſuetudo delinquere; nam cum tali non debet fieri compoſitio, vt ꝑ Thom.gram.in.d.vo.xxxv.& conſi.xxxv.& Mat.in conſt.inconſutilem.pen.co.& in conſt. ſi damna clandeſtina.x.uo. vbi leues perſonæ non debent admitti ad compoſitionem, & in proœ.conſtitu.§.nos itaq; vi.no.vbi non debet admittere homines male conditionis, & famæ ſed bonæ famæ, & in vnico delicto, & in conſti.intentionis.ii.gloſſ. vbi non patratores grauiorum criminum.& extant in reg.c.incip. ad peruerſorum, & aliud incip.ne peruerſo iudicio.ſub rub.de non compon.ſuper crimine capitali.alia requiſita in componendo in crimine capitali, vide per Lucam de penna vbi ſupra, & Par.in.d.ver.compoſitio.& in pœna vbi refert tradita per Ludo. de pen. in dicta.l.i. & extat aliud.c.incip.ne quis ſua malitia.ſub rubrica de non componen.ſuper deli.corpo. vbi incorporalibus non admittitur compoſitio quod intelligas, vt ſupra niſi parte concordata ſtante bonitate vitæ, & famę, & vnico delicto, vt ſupra ad idem extat noua.prag.ſinæ Mag.ceſa.per ꝙ̄ in capitalibus, & corporalibus non admittatur delinquens ad compoſitionem niſi ex cauſa, & cum conſilio conſiliariorum, vt in ea cōtinetur

S 4

& vide in hoc dictum Math.in.d.conſtit.ſiquis
aliquem.ii.not. vbi ſi requiſita pars noluerit ſe
concordare, & contradixerit, ꝙ in pœna ma-
nus concurrentibus præmiſsis qualitatibus pōt
componere contra prædicta cum partis cōcor
dia requiratur, & vltra ꝙ conſtet de delicto ſal
tim per vnum teſtem, alias nō debet fieri com-
poſitio ne reus vexetur indebite, ſi non conſtat
per vnum teſtem, vt per Par.in.d. ver.compoſi
tio, vt in.c.per eum allegatis.& in verſi.ſeq.iii.
& ver.quia vbi quando.& cum quibus fiat cō-
poſitio, & vide de materia compoſitionis per
Paul.Gril.in tracta. de relaxa. carcerato.& an
hodie in regno per Barones poſsit fieri com-
mutatio pœnæ capitalis, & corporalis in pecu-
niariam ex cauſa, & ad quem ſpectabit pœna
ad baronem, dic vt p Cap.in deciſ.ſa.cō.xxvii.
vbi diſtinguit aut baro facit ex propria volun
tate non ex meritis proceſſus cum per ea mori
debet, & tunc non poteſt pœnam commutare,
aut ex neceſsitate, vt quia non debet ex meri-
tis proceſſus mori, vt quia dicat ſe feciſſe ad de
fenſionem, vel ex alia cauſa, & tunc poteſt cō
mutare, & erit baronis, & no. ꝙ dicit idem Ca
pi.in deciſ.cxxx.in.iii.dub. verſi. no. quædam
verba ꝙ hodie pœna capitalis pro crimine læ-
ſæ maieſta. commutatur in publicationem bo-
norum auct. And.in conſtit.cum ſatis quod no.
ſi verum ſit. Sed quid ſi ſtante dicto ſtatuto
de pœna pecuniaria pro homicidio, & extet
aliud ſtatutum, ꝙ ſi condematus ad pœnam pe
cuniariam non ſtatim ſoluat decapitetur, an ſta
tim debet decapitari, an debet diu expectari, vt
ſoluat, vide per Ange.in glo. quas ſi non ſoluit
ii.colum. verſic.quid autem ſi ſtatutum. & per
Auguſt.poſt eum, & poſt Bart. & alios in.l.ſuo
quoque.§.fin.ff.de hære.inſti.& Bald.in.l.qui-
cunq.C.de ſer.ſugi.& quid ſi ſtatutum minuat
pęnam propter confeſsionem, an minuatur pę
na corporalis, dic vt per Ange.in gloſ.deducta
quarta. Et an, & quando iudex pęnam vltimi
ſupplicii, & capitalem poſsit tranſmutare in
pecuniariam, dic vt per Panor. in.c. archiepi-
13 ſcopatu.de raptori. ℭ † Sed an corpus mortuū
poſsit puniri, & executio pęnæ capitalis poſsit
fieri ſuper eo, vt quia forte mortuus reperiatur
aut in carcere, aut in tormentis ante condemna
tionem, an poſsit puniri, vt ſuſpendi aut deca-
pitari doct.tradunt in.l.ii.C. qui teſt. fa. po. &
Bald.in.l.i.C.ne ex deli.de fun.& Areti.in.l.ex
facto.ii.col.ff.de vulg.& pupi.dic ꝙ non niſi ra
tione immanitatis ſcelerū, vt in famoſis latro-
nibus aſſaſsiniis parric. & aliis committentibus

grauiſsima crimina, vt not. in.l.ii.ff. arbo. fur-
ceſ.l.capitalium.§.famoſos.ff. de pęnis. dic vt
traditur in.d.l.ii.& per Par.in tract.ſind.in ver-
bo mortuus.& in verbo iudex. lo primo. An-
gel.in.l.fi.C.ſi reus, vel accuſa.mor. fu. & in.l.
defuncto.ff.de pub.iudi.Ange.& Imo.in.l. qui
a latronibus.§.ſiquis.ff. de teſtam. Ludo.in.l. ſi
vero.§.de viro.xlvi.fallē.ff.ſol.mat.Marſi.in.l.
fin.vi.colum.ff.de quæſtion.Bald.& Rapha.in
d.l.ii. C.qui teſtam. facere poſſunt dicunt fore
arbitrarium Ange.in glo.qui iudex videns.vii.
colum. ver.an aut cadauer.& Dec.plene.in.l.in
hæredes.ff.de reg.iur.Ang.in.l.fi.C.ſi pend.ap
pe.reus mor.fu. Bel.in pra.in rubr.de quæſtio.
col.xxvi.& ſeq.& p Are.ī d.l.ex facto.ii.col.
14 ℭ † Sed quid ſi diuerſæ pęnæ reperiantur ſta-
tute puta vna iure communi, alia iure munici-
pali, & ſtatutario pro homicidio, quæ pęna im
ponenda erit, & ſi plures pęnæ pro eodem fa-
cto, & homicidio an vtraq, an altera, & quæ
hanc quæſtionem tradit plene Ang.in gl.& ca
put a ſpatu. ampu.ii.col. vbi refert opiniones,
originaria Dy.in.l.i.ff. vi bon.rap. & Cy.in.l.q
ſepulchra.C.de ſepul. viol. vbi de pęna ſtatuta
ria de pluribus vero pęnis Ray. poſt eum Bart.
in.l.ſanctio legum.ff. de pe.de prima an per le-
gem nouam, & per ſtatutum ſit ſublata pęna le
gis iuris communis per Gand.in rub.de var. q̄-
ſtio.in mal.ii.co.per Dy.& Bart.in.d.l.i. qui cō
cludunt per legem ſtatutariam non fore ſubla
tam pęnam iuris communis niſi nominatim ap
pareat receſſum aut ex coniecturis, & præſum
ptionibus, vt quia ſtatutum dicat procedēdum
de ſimilibus ad ſimilia, & vbi non reperitur ſi-
mile recurritur ad ius commune, tunc apparet
pęnam iuris communis in ſubſidium imponi, et
ſic pęnam ſtatutariam imponēdam in ſubſidiū
vero communem, ſed poſt impoſitam pęnam
ſtatutariam pęna iuris cōmunis imponi nō po-
teſt cum vtraq tendat ad vindictam, & ita reſi
det Bar.poſt Dy.in.d.l.i. iudex ergo poterit im
ponere pęnam iuris communis non obſtante
ſtatutaria vbi non apparet expreſſe, aut tacite
receſſum, ſed per vnius electionem præcludi-
tur via alteram imponendi. hanc eandem opi-
nionem ſequitur Ang.in.d.gl.& caput a ſpatu
lis.& ita dicit ſeruaſſe, et refert, ita tenere Imo.
in.l.ii.ff.de pub.iud.& Bald.in.l.eum.C.de fur-
tis.& Cepo.in conſi.xiiii.Oldra.in conſi. xciiii.
Bernar.poſt Ang.in.d.gloſſ.& caput a ſpatul.
contrarium tamen opinionem tenent omnes
doctores, quod per pęnā ſtatutariam ſit ſubla-
ta pęna iuris communis, immo in puniendo fa

tuus eſſet iudex qui aliam pœnam imponeret q̃
ſtatutariam,ita dixit Bal.in.l.data opera. vi.co
lum. verſicu. Item notandum. C.qui accuſ. poſſ.
vbi ponit pœnas poſſe,aut ſtatuto, aut conſue-
tudine immutari vnde ſi ſtatutum loci pro deli-
cto imponit pęnam non capitalem receſſum eſt
à pœna capitali.l.qui cum vno.§. poſt.ff. de re
mili,idem ſi conſuetudo,& econtra ſi non capi
talem,capitalem imponat.nam capitale effici-
tur delictum,& capitalis imponi debet,& pęna
ſtatutaria , & non iuris communis cum generi
per ſpeciem derogetur , & per legem ſtatuta-
riam tanquam ſpecialem loci ſit derogatum le-
gi iuris communis,& generalis,ſecus tamen di-
cit eſſe in pœnis incluſis in eodem iure,aut com
muni, aut ſtatutario , nam vna non tollitur per
aliam quo ad natiuitatem.l.qui ſepulchra.C de
ſepul. viol.de hoc an quando diuerſa pœna im-
ponitur per ius commune,aut ſtatutum an vtra
que pœna ſit imponenda,& quæ plene dic vt p
Bartol.in.l.nunquam plura.ff.de priuat. deli.&
in.l.ſenatus.ff.de accuſat.& in.l. ſanctio legum.
ff.de pen.& Angel.in dicta gloſſ.& caput a ſpa.
in quibus vide plenariam diſtinctionem, & per
Saly.in.l.qui de crimine.C.qui accuſa.poſ.& in
dicta.l.qui ſepulcra.& in aliis locis infra hac ea
dem quæſtio.quod autem ſtatutaria pęna ſit im
ponenda per Specul.in titul.de accuſa.& Ioan.
and.in Specu.in titu.de pęna teme. litig.§.fina.
& Gandi.in titu.de pen. Iaco. de bel.in diſputa.
quam facit in.l.i.C.de requir.re.plene Alber. in
tract.ſtatu.prima parte octaua quæſtione.Ioan.
and. Ancha.& Gemi.& Philip.fran.in c.felicis.
de pen.in.vi.& Ancha.in capitu.i.verſi.quæro
etiam vtrum de conſtitu. Bal.in.l.j.xi. oppo.C.
de ſum.trinit.& in.l.& ſi ſeuerior.C.de infami.
& in.l.placet.C.de ſac.ſanc.eccleſi.& in.l.quid
ergo.§.pęna grauior.ff.de infamib. & in.l.non
eſt nouum.C.de legi.& in conſi.cxx.iii.volumi
ne,& in.l.ii.in fi.C.de reb.cred.Saly. in.d.l.qui
ſepulcra.& in.d.l.qui de crimine,& Bar.in.l.fi.
C.de aquedu.lib.xi.Panor.Barba.& Deci. in.c.
de cauſis,de offi.delega.Felyn.in ca.quod olim.
vbi limita de iudi.vbi plene Mathe. poſt Andr.
in conſtitutio.intentionis,& in conſtitut.ſi quis
in poſterum.pen.colũ.in gloſſ.in poſterum. vbi
etiam ſi diuerſe pene omnes imponi poſſunt,&
in conſtitu.fi.ſi quis aliquem ſub rub. deſpo.ho.
mor.in fin.vbi plene,& in conſtitu.pactareno-
rum.vbi ponit decem limitationes,& in conſti-
tu.legitima pondera Cepo.in conſi.xiiii.Pari.in
d. ver.pęna.verſi.quid ſi ſtatutum. Marſi. in con
ſi.lxi.& conſil.ci.& in pra.in.§.quæritur. & in
l.i.§.ſi ſerui.ff.de quæſt.& plene Thom. gram.
in.d. vo.aut conſi.xxxv.allegat Pau.in.l.i.§.di
xerat.ff.de publi.ita ſeruari in practica , & Cu-
ma.in conſi.cliiii.& Corne.in conſi.cxiiii.i.vo-
lumine,& ideo dicit in regno in materia corru-
ptionis iudicis attendi conſtitut.corruptele , &
non ius commune.Limitat tamen Mar.in dicto
§.quæritur niſi lex ipſa eſſet æquior , & iuſtior
ſtatuto.nam tunc pęna iuris communis , & le-
gis,& non ſtatuti eſſet imponenda, vt per eum
& ex his ſiue dicamus conſti.reg.fore ius com-
mune ſiue ſtatutariam regni,vt ſupra in prin.di
ximus pęna contenta in.d.conſti.terminum vi-
tæ,pro homicidio in regno erit infligenda , &
maxime ex quo debemus iudicare iuxta diſpo-
ſita per conſti.reg.& eis deficientibus ſecundũ
ius longobardum,deinde ſecũdum ius commu-
ne,immo ſi ius commune ſtatutarium,aut con-
ſuetudo aliqua contrarietur diſpoſitioni conſti
tu.reg.non erit attendendum,ſed ſola conſtitu.
attendenda erit ita ſtatuitur in prohem.conſtit.
§.præſentes.vbi And.& Mathe. quod etiam fu
ture caſſantur conſuetudines,& in conſtit.puri-
tatem.immo dicit glo.& Mathe.in.d.§. præſen
tes ꝙ ſi quis obſeruauerit ius commune vbi con
trariatur,conſt.reg.tenetur de falſo tanq̃ vtens
legibus caſſatis niſi vbi non reperitur deciſum
per conſti.reg.vel vbi non contrariatur de quo
vt ibi per Mar.in fi.& per eundem in conſti.ra-
15 pinas.i.no. ℭ † Et de pęnis cumulatiuis per Bar
to.in.l.quid ergo.§.pęna grauior.ff. de infami.
& de pęnis alternatiuis an electio ſit iudicis an
rei cõdemnati ad mortem, vt eligat genus mor
tis dic vt per Felyn.in.c.inter cæteras.v.fall.de
reſcrip. Ang.in.d.gl.& caput a ſpa.vbi de pęnis
alternatiuis & Par.in.d.ver.pęna ver. quia mul
ta ibi vbi plures pene,ſed qd ſi diuerſe pene im-
ponantur a diuerſis ſtatutis quæ imponi debet
dic vt per Bar.in.l.omnes populi.xv.colum.et
ſeq.ff.de iuſti.& iu. Ange.in gl.dictum ſempro.
condemnamus.ii.col.& Gand.in ti.de pęnis.vi.
col.& Bel.in rub.de quæſtio.xlii.col.
16 ℭ † Sed quid ſi concurrant diuerſe pene maior
mortis,& minor quæ pęna prius imponi debet
dic quod minor,& poſtea maior glo. & docto.
in.l.omnes.C.de delato.lib.x. Ange.in.l.nunq̃.
ff.de priua.deli. Ang.in.c.fin.de collu. de tegen.
Ludo.montal.in tra.de reproba.ſen.pila.i. arti.
17 verſi.nunc quæro.ibi iſtis facit. ℭ † Sed quid ſi
condemnetur homicida ad pęnã capitis nec di-
cat ꝙ caput amputetur,vel anima ſeparetur de
corpore ita ꝙ moriat,idẽ ſi dicatur ad furcatũ
ſuſpendium nec dicatur ita ꝙ moriatur an mo-

ri debet, vel ſufficiat ſimplex ſuſpendium vt cẽ ſeatur facta executio ſententiæ primam quæſtionem tangit Imo.in.l.i.ver.item adde ꝙ ſtatutum.ff.de publ.iudi.& dicit dictam pœnam verificari in exilio perpetuo & non in ammiſſione & amputatione capitis & mortis,ꝛ ideo cautela eſt ꝙ dicatur ita quod moriatur alias morte non punitur quod dicit notandum pro muando amico ſi non dicatur ꝛ de hoc ſolent allegari ttes glo.vna in.l.i.C.ne manci criſt. & alia in l.ne frumentum.vbi Bal. & Saly. põderant.C. quæ res vendi.non poſſ.alia eſt in.l. transfigere. C.de transa.allegatur text.in.l.hos accuſare.§. omnibus.ver.capitis.& ibi gloſſ.ff.de accuſa.& tex.in.l.cum patronum.ff.de iure pa.& in.l.præſenti.in prin.C.de his qui ad eccle.confu.vbi vltra capitalem exprimitur,& vltimi ſupplicii,et in.l.eos.§.ſuper his.C.de appella.hoc idem tenet.Ioan.and.in.c.quanto.in.i.glo.de iureiurã. Bel.in pra.in tit.de pe.capitalibus vbi late deducit pœnas capitales,& non capitales quæ ſint,ꝛ in rub.de pœna capita i.Ang.optime in gloſ.& caput a ſpatulis.vi.col.ver. quid ſi ſtatutum dicat.Cyn.in.l.i.C.de falſ.Bal.& Pau.in.l.ii.C.de falſa mone.Oldra.& Fulgo.in.d.l.præſenti.ubi dicit ita practicare aſſeſſores ꝙ ſemper dicãt in ſententiis taliter ꝙ moriatur, & anima a corpore ſeparetur Ana.in.c.qualiter & quando.§.ad corrigendos.iiii.col.de accuſ.Panor.in.cap.at ſi clerici.in prin.xxi.col.de iudi.Anch.in clc.paſtoralis.x.no.de re iudi.Ana.in.c.i.ii.col.de homi.Alex.in conſi.cxvi.iii.volu.Mar.in conſi.li. Iaſ.in.d.l.transfigere.iii.col.ver.in fi.glo.Alexã. in conſi.ciiii.i.vol.& conſi.cxxi.vii.vo.& conſi.cxix.eo.vol.Mathe.in conſti.comes.v.no.ad ſaturitatem Fely.in.c.ex literis.xi.col.de conſt. ꝛ Mar.in pra.in.§.oportune.ii.eo.ver.vlterius videndum eſt Alex.in conſil.cix.iiii.volu.& in dictis locis idem intelligẽdum de ſtatutis imponentibus pœnam capitalem, vt intelligatur & interpretetur de mitiori in benigniorem partẽ. Limitat tamen Imo.in.d.l.ii.& Ang.in.d.gl.niſi aliter appareat de mente ſtatuentium.l.iii.C. de lib.preter.Limitat etiam niſi imponat pœnã in alio caſu q̃ iuris communis alias pœna iuris cenſetur impoſita.l.ii.C.de noxa.l.cum contineat id quod ius commune,ideo vt aliquid operetur intelligitur de naturali,ſed contra videtur in conſti.multe leges,vbi Math.in fi.& in conſti.rapinas.ii.glo.& in conſti.officiales reipub. vbi per Math.ꝙ non interpretatur de morte cũ ius commune mortem non interpretauerit, & per Mathe.in conſti.cum vniuerſis.xi.no.ꝛ per eundem in conſti.qui literas.ii.no.vbi niſi dicatur caput amputetur, vel quod perſonam ammittat,& per Math.in conſti.ut delicti fines.4. nota.eodem modo ſi iudex dixerit in ſententia condemno ad pœnam capitalem iuxta formam ſtatutorum aut conſti.nam intelligitur de morte naturali,ita per Fely.in.d.c.ex literis.ꝛ Mar. in.d.§.oportune.& per Math.in.d.conſti.communes.v.no.facit conſti.capitalem pœnam ſub rub.de rap.quæ approbat.l.i.C.de rap.virg.& tamen vocat capitalem quæ de morte intelligitur iuxta.d.l.i.& vide quatuor limitationes in hoc per Fely.plene in.d.c.qualiter.& quando. lo.ii.§.ad corrigendas.de accuſ.ver.vltimo tangit quas hic referas,& alias limitationes in.c.at ſi clerici.in addi.poſt Panor.ver.ad tertium.de iudiciis vbi etiam intelligitur de morte ſi vltra capitalem pœnam imponat publicationem bonorum,& ideo in regno cum pro homicidio ſit pœna mortis idem iure ciuili,vt ſupra afferendo iudex condemnamus ad pœnam capitis intelligitur de morte naturali,idem ſi dicat iuxta diſpoſitionem conſti.reg.& ideo conſti.terminum vitæ.vt euitaret ne in benigniorem partẽ fieret interpretatio dixit vltore gladio pœnam ſubeat capitalem adiecit.n.vltore gladio q̃ verba denotant mortem naturalem vt ſupra diximus.

18 ¶ †Quæ autem ſit pœna capitalis dic vt per Bar.Imo.Alex.poſt Bar.in.l.ii.ff.de pub.iudi.doct.in.d.l.transfigere.Bal.in.l.data opera & in.l.reos.C.qui accuſ.po.& per Mathe.in locis ſupra vt in.d.conſti.cum vniuerſis.xi.not.& in conſti.qui litteras.ii.no.& Fely.in.d.c.ex litteris.ii.declara.de conſti.& per Bel.in pract.in titu.de pœnis capita.& in titu.de pœna Capi.vbi quæ ꝛ quot ſint eodem modo per ſupradictam limitationem dicendum eſt ſi dicat iudex condemno ad furcarum ſuſpendium quod ex quo ſuſpenſus furca mori debet per.d.conſti.terminum vitæ intelligitur taliter quod moriatur maxime ſi ſe referat ad conſtit.illam adiecit enim dicta conſtit.quod ſuſpenſi ſubiiciantur vltimo ſupplicio vt de morte intelligatur per ſupradicta.Item adiecit conſt.magiſtros mechaniarum ibi in fin.ibi ſuſpenſus in furcis mortis periculũ ſubeat,non ſic in conſtit.quicunq; toxicum vbi ſimpliciter dicitur quod ſuſpendatur caueat ergo iudex,vt tollat dubitationem vt ſubiiciat taliter ꝙ moriatur & anima a corpore ſeparetur.

19 ¶ †Sed quid ſi condemnatur ad mortem ꝛ furcarum ſuſpendium & in ſuſpendendo rumpitur funiculus an iterum poſſit ſuſpendi an vero ſatisfactum eſt ſententiæ diximus de hoc ſupra

& per Bel.in pra.in titu.de ſenten.crimi. vbi et de prædictis quando ad ſententiam capitalem condemnatur & per Par.in.d.verbo pena ver. an ſi iudex deci.in reg.fauorabiliores.ff. de reg. iur.quod dixit vetum Ludo.de pen. in.l.i.C.de deſerto,ſi fuit antea proteſtatus de ſua innocen
20 tia. ℂ † Sed an furce erigi poſſint in domo delinquentis & in quo loco dic q̧ iudex ad terrorem hoc poteſt facere vt per Par.in.d.tracta.in verbo contumatia ibi ratione contumatiæ poteſt furcas erigere in domo fugientis, & contumacis vbi multa de furca & eius ſignificatione immo erigi poſſunt in loco commiſſi delicti licet locus ſit priuatus vt per Par.in.d.tra.in verbo furcarum erectio & ibi an poteſt cogi domi nus loci vendere locum pro iuſtitia facienda & an debeat habere precium & an poſſit cogi dominus animalis,vt præſtet animal ad executionem iuſtitiæ faciendam ⁊ an teneatur fiſcus ſeu iudex ⁊ debeat ſoluere deteriorationem animalis dic ibi vt per eum & per eundem in cart.29.
21 ver.an officialis. ℂ † Et de erectione furcarum in quo loco fieri debeat per Ang. in glo. vſq; ad locum iuſtitiæ & Alex.poſt Bar.in.l. capitaliū. §.famoſos.ff.de pen.& Salyc.in.l.ſi vero.C.de adult. Auguſt.poſt Ang. vbi ſupra in.d.glo.dicit procedere in famoſis latronibus,& delinquentibus,& non in aliis vt per eum. Et not. q̧ iudex ex cauſa poteſt diſpenſare q̧ executio pene capitalis fiat in alio loco quam in loco ſolito vt p
22 Math.in conſti.monarchiam.vi.no. ℂ † Et no. q̧ facta executione,& furca ſuſpenſus non poteſt a furca ſuſpenſus deponi,& amoueri etiam per conſanguineos abſq; licētia iudicis alias punitur vt per Marſil.in.l.circuncidere.§.ſeruo.ff.
23 de ſicar.& in.l.fin.ff.de quæſtio. ℂ † Et an quis cogi poſſit vt ſit carnifex, & maniuoltus & an quis delinquens poſſit condemnari ad hoc officium,& opus perpetuum vt ſit carnifex & maniuoltus,& quæ perſonæ ad hoc officium cogi poſſunt,& an perſona honeſta dic vt per Par. in.d.tra.ſind.in verbo maniuoltus & ibi an maniuoltus exequens iniuſtam ſententiam teneatur,& puniri poſſit,& an teneatur reſiſtere iniuſto mandato præſidis & an peccet dic ut ibi per eum & per Mar.in.l.i.in princ.viii.limi.ff.de ſi
24 car. ℂ † Et an maniuoltus & carnifex ſeu familia poteſtatis poſſit acci pere veſtes ſuſpenſi, vel decapitati,& relinquere corpus nudum poſtq̃ facta eſt executio & ſi facit an puniatur pœna conſti.reg.ſi quis aliquem quæ eſt vltima conſti.videlicet pœna manus nam.d.conſtitu.infligit pœnam manus ſpolianti mortuum Math.ibi in prin.dicit quod ſi facit maniuoltus puniri poteſt pœna.d.conſti.nam ei non licet hoc facere & pœna.l.qui ſepulcra.C.de ſepul.viola. & ibi per Math.an licet ſpoliare forudicatum mortuum veſtibus vbi dicit quod non & alia in iſta materia dic vt per Mathe.ibi & de veſtibus ſuſpenſi quid ſtendum dic vt per Par.in.d. tracta. ſindi.car.x'vi.& car.xlviii.& vide per Alexā. poſt Bartol.in.l. diuus.ff.de bon. damnā. vbi q̧
25 veſtes ſunt iudicis. ℂ † Sic etiam imponitur pœna manus propter periurium vt in conſtitu.eos qui ſcienter,ſic in cāpione periurante vt in conſti.ſummo periculo,& in percutiente aliquem, & vulnerante vt in conſti.ſi quis aliquem & in c.reg.ſi quis cum roncha & in rapiente & furāte rem valentem vltra auguſtale infra vntiam, vt in.c.reg.ad hæc & in conſti.magiſtris, & ibi per Math.in ſi. Et quæ manus tunc in his amputanda erit dic vt per Math.poſt And.in.d.cōſti. ſi quis aliquem & Ang.in glo.quas ſi nō ſoluit. Et an redimi poteſt ſoluendo pecuniam dic ut per Par.in.d.tra.in verbo compoſitio & Math. in.d.conſti.ſummo periculo.&.d.conſti. ſi quis aliquem & in.d.conſti.eos qui ſcienter. Et quid ſi manus ſit arida an ea debet amputari & quid ſi caret illa manu an ī alia fiet executio. Et quid ſi non ſpecificetur de qua intelligatur ſic ſi condemnetur ad debilitationem alterius membri ut oculi aut pedis dic vt per glo.Bar.Bald. Ange. Pau.& Alex.in auct.ſed nouo iure.C. de ſer.fugi.& per Ioan.and.in.c.in pœnis de regu.iur.in vi.& per Ang.vbi ſupra in.d.gl.& Math.in.d. conſti.ſi quis aliquem & Pau.grill.in trac.de relaxa.carce.in tit.de aboli.q.iiii.& in quibus caſibus manus amputetur vide per Gand.in rub.de pœnis in ſi.& Bald.in tubr.de manu.vind.C.& Flor.in.l.liber homo.ff.ad.l.aquil.
25 ℂ † Et de pœna truncationis lingue in conſtit. blaſfemantibus quæ punit blaſfemantes pœna amputationis lingue proſequere materiam, vt ibi per Math.& extat pragma.contra blaſfemā
26 tes prohibens compoſitionem. ℂ † Sed an pro homicidio puniri poſſit duplici pœna videlicet pena manus propter vulnus ⁊ etiam pena mortis propter occiſionē dic q̧ non nam minor pœna manus confunditur cum pœna homicidii,& vnica pœna mortis imponitur niſi diuerſis temporibus vulnera fuiſſent illata ⁊ non eodem impetu vt per Bart.plene.in.l. nunquam plura.ff. de pub.iud.ver.venio ad aliqua & Bal.in.l.aduerſus.C.de fur.& Mathe.in conſtit. ſi quis aliquem in ſi.& in conſt.intentionis,& dictum eſt ſupra quando vna pœna confunditur cum alia

& ideo malefaciunt quidam qui pro homicidio
prius faciunt manum amputari & poſtea ſuſpē
di vt vidi, & facit quod dicit Ange. in. d. glo. &
caput aſpa. in fi. quæſtio. ver. quid autem ſi ſunt
plures; vbi dixit quando nō apparent pene im-
poſite copulatiue, aut alternatiue quod tūc vni
ca tantum pœna imponi debet licet loquatur
quando pro eodem delicto & eadem. l. & per
Bat. in. l. ſantio legum. ff. de pe. & maxime quia
pœna manus & pœna ſuſpenſionis non impo-
nuntur eadem lege cumulatiue iuxta. ca. felicis
de pœnis in. vi. & per Bal. in Spec. in tit. de accu
ſa. vet. licet plures Saly. poſt glo. in. l. qui de cri-
mine & in. l. i. pen. col. C. de accuſa. vbi occidēs
ſimul, & vulnerans punitur pœna mortis, & nō
etiam pro vulnere. ¶ † Sed quid ſi in loco do-
27 micilii homicida punitur pœna pecuniaria & in
loco delicti pœna mortis ſi in loco domicilii ſit
condemnatus ad pœnam pecuniariam an in lo
co delicti puniri poterit pœna mortis dic quod
ſic vt per Ang. in. l. ſi vacantia. C. de bonis vac.
lib. x. & vide per Bal. in auct. ſi ſemel. C. quom.
& quando iud. & in. l. i. C. de edili. actio. ii. co. &
inſti. de vſu. §. aliquando & in Spec. in tit. de lo
ca. verſic. ſi primo anno vbi ſi homicidium pri-
mum punitum ſit pœna pecuniaria ſecundum
puniatur pœna capitali non obſtante ſtatuto im-
ponente pœnam pecuniariam & vide docto. in
l. i. in prin. ff. quod quis. iu. vbi puniri poteſt cor
pora iter ſi occidit extra territorium & Ange.
in. d. glo. & caput a ſpa. verſic. quarto percuſſi.
¶ † Et quid ſi ſtatutū dicat quod homicida con
28 demnetur in centum & ſi non ſoluit infra decē
dies quod decapitetur an elapſis decem diebus
poſſit ſoluere, & euadere pœnam capitalem &
an quilibet poſſit ſoluere vt euitetur pœna capi
talis etiam inuito condemnato, & quid ſi homi-
cidium fuit culpa, & non dolo commiſſum dic
vt per Ang. in gl. quas ſi non ſoluerit in fi. & Par.
in. d. tract. in verbo pœna verſic. quia multa ibi
an ſtatutum ciuitatis & Mar. in conſi. xvi.

¶ † An autem hodie detur vltra pœnam cor-
29 poralem bonorum publicatio dic quod non ra-
tione homicidii licet lege antiqua bona publica
bantur per. l. iii. §. fi. ff. de ſicar. hodie vero non
publicantur, ſed agnatis conſeruantur vt in au-
thenti. bona damnatorum. C. de bon. damna. in
tantum quod ſi hodie iudex in ſententia bona pu-
blicaret non valeret ſententia quo ad publica-
tionem bonorum etiam ſi non fuiſſet appellatū
vt per Bal. in. c. i. in prin. iii. col. ver. ſed pone iu
dex. de pace tenen. niſi hoc per ſtatutum diſpo-
natur, vt per Bald. in. l. i. C. qui teſtamen. face.
poſſunt, & in dicto capitulo primo. Alexandr.
& Iaſon. in dicta. l. ſecunda. Marſi. in. l. fina. viii.
car. iiii. col. ff. de iuriſd. om. iudi. nam vbi quis ve
nit deportandus bona non publicantur hodie,
vt no. per glo. in. l. i. §. fin. ff. de falſ. Mathe. in de
ciſi. vlt. in fin. idem in condemnatis ad mortem
naturalem, vt per Math. in conſtitu. grandis. x.
no. & in conſt. forindicatorum bona in. i. gloſſ.
vbi niſi in crimine læſæ maie. & hereſis, & vi-
de per Capi. in deciſi. fac. conſi. cliii. an hodie dē
tur publicatio in bonis, in quibus autem caſibus
hodie detur publicatio in bonis in regno tradit
Mathe. in dicta conſtitu. pactarenorum. iiii. no.
& per Bal. in. d. c. i. de pace tenen. & an in crimi
ne læſæ maieſt. in omnibus capitibus hodie de-
tur publicatio bonorum, & in quibus plene tra
dit Capi. in deciſio. conſilii. cxxx. & de hac ma
teria publicationis bonorum vide quæſtiones,
& dicta per Gandi. in rub. de bonis male. & per
Bel. in pra. in titu. de quæſt. col. xxiiii. cum ſeq. &
in titu. de fuga reo. xiii. colum. & Ange. in gl. &
eius bona publicamus, & not. id quod dicit An-
ge. in. d. gloſſ. & docto. in. l. iii. C. ſi pend. appell.
mors inter. cum aliis per eum allegatis, & per
Ange. poſt eum quod in caſu quo datur publica
tio neceſſe eſt quod faciat eque principalem pu
blicationem bonorū ſicut corporalem per co-
pulam, & dicendo & bona publicamus, & ibi-
dem an ipſo iure bona publicantur quod non ni
ſi in crimine proditionis vt in. c. reg. bona pro-
ditorum, & in capitulo nuper apud tranum vbi
ſententia non requiritur, ſed vide Capi. in deci-
ſio. ſa. conſi. clxii. vbi quod ſententia requiritur
ſaltim declaratoria.
30 ¶ † Quæ autem conſtitu. & cap. reg. imponant
publicationem bonorum, & quæ imponant pę
nas corporales ad ſo atium inſeramus, in aliis
autem locis poſuit Gand. in tit. de pœnis, vbi di-
uerſas pœnas impoſuit corporales, & Bald. in. l.
data opera. C. qui accuſ. po. vbi capitales poſuit
pœnas, & in auc. ſed nouo iure. C. de fur. de aliis
pœnis corporalibus, & per Bel. in pra. qui fecit
duas rub. de pœnis capitalibus, & aliam de pęna
capi. & per Firma. in repert. in verbo pęna cor-
poralis. ver. xxvii. & verſi. iiii. de pœna furcarū
& ignis. Et primo in regno bona publicantur in
cauſa & crimine hereſis, & criminis læſæ maie.
& in conſti. reg. in conſutilem. Itē receptatores
hereticorū pęna publicationis bonorū puniun-
tur, vt in cōſti. pactarenorū. Itē apoſtata fideiuſ
ſionis priuatur, vt in cōſti. apoſtantes. Itē vſura-
rii bonis priuantur, vt in conſti. vſurariorū con
firmatur per prag. regiam. Item mouens guerrā
in

72 per hoc. ¶ † In præmiſsis autem quærendum eſt ex quo per dicto. c. per hoc, & per. d. clem. prima. §. i. de hære. ſtatuatur quod vterq; procedere poſsit ad inquirendum citandum realiter, & perſonaliter, dum tamen quod vterque interueniat in condemnatione fienda contra hæreticum, alias nulla redditur ſententia, idem in tormentis inferendis, & inquiſitionibus, & in carcere artando, & alias, vt in. d. clemen. prima per quam aliquid vltra dicto. c. per hoc ſtatuitur v3 circa interuentum perſonarũ in prædictis condemnatione, & tortura cum per illud. c. vterque ſolus, & de per ſe poterat condemnare licet debebant ad inuicem proceſſus communicare, & id quod dicitur de epiſcopo, & de capitulo ſede vacante intelligitur, vt in dicta clem. prima dicitur, an ergo ex quo vterque in condemnando interuenire debet, ita ẽt in abſoluendo, an vero vterq; ſolus poſsit abſoluere quæſtio eſt diſputabilis, & glo. in. d. clemen. prima in ver. contra eos tenet quemlibet ſolum poſſe abſoluere, cum a iure veteri nõ receditur, niſi quatenus expreſſe cautum reperitur. l. præcipimus. C. de appella. l. ſancimus. C. de teſtam. ſed olim, & hodie vterq; poterat ſolus inquirere pet. d. clem. i. & de iure veteri per d. c. per hoc ſolus cognoſcebat, & ſolus pronũciabat licet cõmunicare tenebatur proceſſum, vt dicit glo. in. d. clem. verſi. ad ſententiam, & hodie in mattatum reperitur tantum in condemnando ergo in abſoluendo cum expreſſe nõ dicatur ſolus pronunciat cum ius antiquum nõ immutetur faci. ca. ſtatutum de electio in. vi. & no. in. c. præceptis. xii. diſtinct. ii. in. quæſt. vi. c. accuſatus videndus text. in. c. inferior. xii. diſt. & l. iii. ff. de re iud. & l. nemo. ff. de reg. iu. & c. cum inferior de maioritate, & obedientia conceſſa enim poteſtate condemnandi, & abſoluendi poteſtas non denegatur, cum ergo tale ius non immutetur ergo ſtare non prohibetur quo minus nõ poſsit abſoluere quæſtio iſta plene diſputatur per Ciuiliſtas in rub. ff. de acquir. poſſeſſ. in materia connexitatis contrariorum, & correlatiuorum magis videtur opinio communis glo. in. d. clem. quam ibi ſequuntur Pau. de eleaz. Lapus Cardin. Imo. & Panor. mouentur potiſsime ex quo non ſemper ad paria iudicantur abſolutio, & condemnatio cum quandoq; abſolui poſsit licet non condemnari, vt ibi per eos nonnullas alias rationes aſsignat Iaſo. in. d. rubr. qui plene tradit diſputando in. l. iii. ff. de re iud. & concludit cum. d. gloſſ. & ſequacibus, & Decl. etiam late proſequitur, & tandem reſidet cum opinio. d. glo. in. l. nemo. ff. de reg. iuris. contra tamen dictum gloſſ. tenent ibi Stepha. verce. & Pet. de anch. in. d. clemen. i. moti potiſsime quia etiam in correctoriis locum habet regula correlatiuorum maxime ſtante idẽtitate rationis, vt per Iaſo. in. l. fina. C. de indicta viduitate tollẽda. cum tunc paſsiua dicatur extenſio, quæ etiam in exorbitantibus, & correctoriis admitti ſolent, vt plene per Areti. Socy. & nouiſsime per Herma. in. d. rubri. qui videntur ſequi opinio. Pet. contra. dic. glo. & etiã eam ſequi videtur Felyn. in. c. iii. de re iudic dicens. parem rationem eſſe in materia. d. clem. condemnare, & abſoluere cum fauorem fidei, & reſpiciat, & ideo ex hac ratione refert vidiſſe Io. and. in. d. clem. i. in quadam apoſtilla tenere contra. d. glo. & contra ſeipſum allegantur potiſsime. l. ſolet. ff. de offi. proconſul. inducta, vt per Socy. in. d. rubr. ex qua colligi videtur, quod ex quo legatus ille non habebat poteſtatem condemnandi quod nec etiam habet abſoluendi, & ſi condemnandi habuiſſet poteſtatem, & abſoluendi habuiſſet, & ſic abſolutio ab ipſa condemnatione deponere videtur, & tanquam quid conuexum condemnationi vbi ergo datur hęc, & illa daſ, & ecõtra vbi prohibetur, & illa prohibita cenſetur, allegatur etiã ratio, nam in correctoriis arguitur. de reo. ad actorem, vt no. videtur per glo. in clem. ſæpe. ver. voluit. de verb. ſigni. ſed condemnatio ad actorem ſpectat abſolutio vero ad reum. & de vno infertur ad alium etiam in correctoriis ergo ſtatutum in. d. clemẽt. i. circa condemnationem ſtatutum cenſetur circa abſolutionem allegaſ etiam alia ratio, nam in materia odioſa procedit argumentum de condemnatione ad abſolutionem, & ideo præſcripta poteſtate cõdemnandi, & abſoluendi præſcripta cenſetur ſecundum Inno. in. c. dilecto de offi. archi. Bal. & alios in. l. imperium. ff. de iuriſ. omn. iud. iun ctis dictis Bar. in. l. i. §. ſiquis hoc. ff. de itin. act. pri. ſtrictior enim fit interpretatio in præſcriptione iuri quam in ſtatutis, & licet Herma. conetur in. d. rub. oſtendere nouis, & omnibus, tamen ad idem tẽdunt rationes ille cum aliis per Aret. & Socy. cum dicant illud eſſe ex identitate rationis fauore fidei quæ ita militant in cõdemnando ſicut in abſoluendo, & licet dicat etiam abſolutionem venire ex quadam conſequentia, & indiuiduitate iuxta doct. Bart. in. l.

g. æc æ. §. illud. ff. de fideiuſſo. tamen non bene dicit nec ſe confert talis ratio. cum Bar. conſideret dependentiam per principale, & acceſſorium ad idem principale, & eo reſpectu dici individuum abſolutio autem ad condemnationē huiuſmodi non conſideratur, ſed potius ex vi, ex propria ſignificatione, & natura correlatiuorum, vt vno præſuppoſito, & aliud præſupponi cenſeatur ex quadam neceſſitate. l. i. C. de cupreſsis. & d. l. fi. C. de indicta viduitate tollēda ſicut de patre, & filio dicitur, nam filius nō eſſet niſi fuerit pater, & econtra vxor. & vir. actor, & reus emptio, & venditio, & ſimilia, ideo magis ſtringit cæterorum ratio in natura correlatiui fundata quam circa dependentiam conari ſunt per alia verba idem & eidem adducere ratione, Aret. Socy. tenendum, tamen pu to communem canoniſtarum opinionem, & glo. in. d. clem. i. vt in abſoluendo non extendatur. d. clemēt. i. vltra rationes modernorum ab idētitate rationis ceſſante cum fauorabilior ſit abſolutio quam condemnatio, et per redditum ad ius antiquum, & conſeruationem eiuſdem per no. in. c. ſtatutum de præben. in. vi. cum allega. per mode. in. d. l. iii. & in d. l. nemo. & in d. rub. & per. d. l. fi. § adeo. C. vbi ſena. vel clar. vbi abſolutio non denegatur licet condemnatio denegetur quo ad illas perſonas per quem text. alias etiam dicebat Mari. de cata. in conſt. vt vniuerſis. i. lib. q licet barones & milites regni condemnandi eſſent per pares, & non per iuſtitiarios tamen per eos abſolui poſſunt abſq; parium conſilio, & interuentu poſtquam gloſ. Martini fuit introductum quoddam capitulum reg. per regem Caro. primum quod incip. item ſtatuimus q ſiue condemnetur ſiue abſoluantur pares adeſſe debent per quod non cadit ex ratio quo ad eos poteſt tamen aſsignari ratio q abſolui poſsit inquiſitus ab alterutro iuxta cōmunem ſententiam, nam diſpoſitio. d. cle. emanauit duplici ratione, & cauſa, vt ex ea colligi videtur prima propter exceſſus, & grauamina ſolita inferri per tales inquiſitores in ſubditos, & fidelis, vt colligi videtur ex præambulo & principio dicta clem. i. ibi multorum quære la ſedis apoſtolice pulſauit auditum, & ibi dum ſub pietatis ſpecie grauantur innoxii cedat in fidelium detrimentum eſt quibus verbis deprehendi videtur emanatam ad cōpeſcēdos exceſſus ipſorum inquiſitorum contra fideles for taſſe odio prece aut corruptione aliorum nōnulli fideles grauabantur, & condemnabantur aut aliæ fiebant extorſiones, vt dicit clem. nolentes de hære. tam circa videlicet condemnationes quā circa torturas, & carcerationes ideo fuit per ſedem apoſtolicam prouiſum, q circa iſtos actus, vt irreparabiles arctioris carceris tormentorum illationis, & ſententiæ condemnatorie probationis interueniat dioceſanus, & econtra inquiſitor, vt metu, & interuentu vtriuſque ſubditi non grauentur, vt dicitur etiam in fi. §. verum quia. d. clem. & ideo ſequitur in §. primo propter quod ad dei. & ſequētia ex quo ſequitur q. d. clem. videtur emanata quodammodo potius in fauorem inquiſiti, vt interueniat vterq; iudicum merito cū ceſſat ratio dubitationis in abſolutione, & ratio grauaminis, & potius inducta in eius fauorem videatur in ſui odium retorqueri non debet. l. quod fauore C. de legi. & ſentire videtur Bal. in. d. l. fi. C. vbi ſena. vel clar. ceſſante ergo ratione. d. clem. ceſſare videntur. & rationes in contrarium oppugnantes Moder. in. d. locis. & rub. ii. ratio ſummi videtur ex eadem clem. i. §. i. ibi propter qđ ad Dei gloriam, & augmentū fidei ex quo colligitur etiam. d. clem. i. emanatam ad augmentum fidei quod tamen augmentum ceſſare videtur in abſoluendo, nam fides non ita augeri videtur abſoluendo ſicut condemnādo, & procedendo, nam condemnando pœna infligitur contra fidem ſentientem, & cæteris tranſit in exemplum, & terror cæteris inducitur fidelibus, vt a fide non diſcedant, argu. l. aut facta. §. fi. ff. de pen. l. i. C ad. l. iul. repe. l. i. C. de preci im pe. offer. not. gloſſ. in extrauagan. quoniam qui ſint teb. in ver. exemplum. nec aliquid contra eam aſſeuerent ex quo augmentum fidei clare ſcit quod ceſſare videtur in abſoluendo, cum ergo ceſſet rationis identitas, & diuerſitas vigeat ſequitur, q & legis diſpoſitio ceſſare videatur. l. quamuis. §. adigere. ff. de iure pa. l. generaliter. C. de epiſco. & cler. c. ceſſante. de appel. ex quibus vnico verbo patet ad obiecta reſponſio, vt procedant ſtante identitate rationis quæ ceſſat in terminis dicta clem. i. & gloſ. & ad. l. ſolent. & d. l. nemo. reſpondendum eſt vt Moderni reſpondent in. d. l. iii. & Panor. in d. clem. i. vt procedant in caſu defectus iuriſdictionis, & poteſtatis a iure prohibite, & non conceſſe tamen capitulo, ſi non datur condemnatio, nec abſolutio, at in caſu. d. clem. nō negabatur iuriſdictio, & poteſtas penitus condemnandi, ſed cum illa qualitate negabatur videlicet non cum interuentu vtriuſq; eo vero interueniente concedebatur merito non arguendū erit ex totali defectu iuriſdictionis ad quali-

ficatam,& limitatam,vt in.d.clemẽt.vel aliter
intelligẽdo verbum accuſari in dicta.l.ſolent.
videlicet ꝙ ſtet proprie, vt gloſſ.ibi ſentire vi-
detur in ver. liberet contra inductionem So-
cyn.in.d.rubri.intelligentis accuſationem effe-
ctualem ſecuta videlicet condemnatione licet
fortaſſe quo ad rationes ſuperius inductas in
intellectu dicta clem.dici poſſet, ꝙ illi rationes
ex quibus emanauit.d.clem.non ſint finales ra
tiones, ſed potius impulſiue ex quibus arguere
non licet, vt plene Iaſo.in.d.l.fin.C.de ind.vi.
toll.& auc.quas actiones.C. de ſacroſanct. ec-
cle.in materia extenſionis cogitandum tamen
eſt circa præmiſſa ex quo Io. and.in.d.cle.i. vt
refert Felyn.in.d.c.iii.de re iudic.in apoſt.ſen-
tit,& tenet contra.d.glo.in.d.clemen. conſide
rando identitatem,& paritatem rationis vide-
licet fauoris fidei qui ita complectitur in abſol
uendo ſicut in condemnando, & deprehendi
videtur ex.d.clem.i.§.i.ibi negocium huiuſmo
di eo proſperetur fœlicius,& in.§.fi.ibi proce-
cedere commiſſerunt vbi fuerit procedendum
ex quibus ſumi videtur fauore fidei emanatam
maxima tamen eſt auctẽticas ipſius Ioan.andr.
in materia iuris canonici de cuius auct.Cardin.
plene in proœm.clement.& pleniſsime Cur.in
conſi.i.& ex fonte iuris eius opiniones emanaſ
ſe referunt doc. & miram ingenii grauitatem
fouiſſe ad inquiſitoris officium reuertamur.
73 ¶ † Qualiter igitur ſe habere debet ipſe,& eius
officiales circa officii executionem, dic vt in
d.clemen.i.&.ii.de hære. & in.c. vt officium,
& in.c. vt inquiſitionis. de hære.in.vi. &.c.vt
commiſſi.eo. vbi de pœn.extorſionum, & gra
uaminum per eoſdem inquiſitores,& de pœna
impedientium officium inquiſitoris,& famulo
inquiſitoris offenſo, & conceſsione portatio-
nis armorum, & de iuramento præſtando per
notarium actorum, & an habere debet ſalariũ
per Cardin.in.d.clem.i.§.notarii.& in.d.clem.
74 ii.§.notarii.eo. ¶ † Prohibetur autem tales
inquiſitores procedere contra epiſcopos de hę
retica prauitate non obſtante,ꝙ commiſsio da
ta a Papa fuerit generalis quantumcunq;, nam
in tali generali commiſsione non comprehen-
duntur epiſcopi niſi ſpecialiter in tali commiſ-
ſione exprimantur,& hoc ex prærogatiua ta-
lium epiſcoporum, vt in.c.quia periculoſum.
de ſenten.excommu.in.vi. bene tamen ipſi in-
quiſitores ſi viderint, aut intellexerint epiſco-
pos tali crimine diffamatos denunciare, & re-
ferre debent, ſedi apoſtolicæ ita traditur, &
dicitur in.c.inquiſitores. de hæret.in.vi. & per
Panor.in.c.excommunicamus. in fi. de hæret.
in ſimili facit.d.c. quia periculoſum. vbi non
poſſunt excommunicari, nec ſupponi interdi-
75 cto,& excommunicationi. ¶ † Item prohi-
betur cognoſcere de ſortilegiis niſi manifeſtam
ſaperent hæreſim, alias ſi non ita manifeſte nõ
cognoſcunt ipſi,nec cognoſcere poſſunt,an ſa
piant hæreſim licet poſsint,an ſapiant manife-
ſte, vt not.in.c.fi.de offi.deleg.in.vi. ita habe-
tur in.c.accuſatus.§.ſane.de hæret.in.vi.& Pa
nor.in.c.i.in fi.de ſortileg. Mathe.in.d.conſtit.
inconſutilem.xvi.not.i.q.et ſupra fuit dictum.
76 ¶ † Item prohibetur cognoſcere ſuper crimi
ne vſurarum, vel in foro pœnitentiali cogen-
do vſurarium ad earum reſtitutionem, dic vt
per Felyn.in.d.c.excommunicamus. in princ.
iiii.col.verſi. vtrum aũt de crimine vſurarum.
de hære. Bal.in.c.i.§.ad hoc.ii.colũ.de pa. iur.
fir.& in.c.i.§. ſimiliter.i.colũ. de controuer.in
veſt.Soc. in conſi.ccxix.ver. confirmatur etiã
77 ii.vol. ¶ † Item prohibetur carcerare acriter
tormentare, & pronunciare hæreticum abſq;
interuentum epiſcopi,aut ſede vacante capitu-
li,vt traditur in.d.cle.i.requiſito tamen vtroq;
infra octo dies, & ibi vide per Cardi.in.xvi.&
ſequen.q.& ibi quid ſi diſcordent,& vide in.d.
c.per hoc.de hære.in.vi. & per Fely.in.c.cum
non ab homine.ii.col.ver.iii.de iudi.& in.d.c.
78 excommunicamus.in fi. ¶ † Et quot moni-
tiones tunc requirantur in interuentu vtriuſq;
& an vnica ſufficiat, dic vt per glo.in.d.clem.
i.& Car. ibi in.xviii.q. & per quem debet fieri
iſta monitio, & an ſufficiat per nuncium, aut
79 epiſtolam per Card.ibi.xx.q. ¶ † Item prohi-
bentur pœnas pecuniarias impone.e hæreticis
ex quo hæreticorum bona ipſo iure in eccle-
ſiam ſunt confiſcata,vt in.c.cum ſecundum le-
ges de hære.in.vi.glo. & Cardin.in clement.ii.
§.i.de hær.& in cle.fi.§.fi.eo.& in.c. vergentis
de hære.& in.d.conſtit. inconſutilem. & in.d.
c.excommunicamus.eo.& vide in clem.fin.§.
fi.per Card.& ibi in fi.ꝙ poſſunt dummodo pę
nam pecuniariam diſtribuant in pauperes non
ſibi nec officio ſuo applicando niſi ex cauſa ne
ceſ.itatis,& illud faciant in pœnitentiam inqui
ſiti redeuntis non autem pertinacis, an autem
inquiſitores habeant iuriſdictionem in alio cri-
mine procedente ex hæreſi, dic per Aretin.in
80 conſi.lxxxiii. ¶ † Item prohibetur inquiſitor
procedere contra diffamatum ex ſola diffama-
tione ſi aliter non conſtat ſaltim per vnum te-
ſtem Card.in clem.i.§.pen. & clem.ii.§.fi.ii.q.
& in fi.q.eo.contrarium tamen dicitur in.c. vt

officium.in princ.eo.in.vi.limita niſi prius ab-
iuraſſet hereſim nam poſtea ex leui ſuſpitione
punitur grauiter,vt in capitulo accuſat.in prin
81 cipio.de hęre.in.vi.℄ †Item prohibetur reti-
nere melioramenta emptoribus ꝓonorũ hære-
ticornm alienatorũ qñ reuocat alienata vt per
Bal.in.l.fi.§.fin.C.com.de lega.cum reſtituere
emptoribus teneatur.item non põt retinere ꝓ-
ciũ emptoribus ſed eis tenetur reſtituere, dum-
modo fuerit cõuerſum in vtilitatem vẽditoris,
& nõ aliter per Bar.in.l.iii.ff.de his quæ in fra.
cred.& in.l.chirografis.§.fi.ff.de admini.tuto.
Cy.in.l.fi.C.ad.l.iul.maieſta.Iaſ.plene in.§.itẽ
ſi quis in fraudẽ.inſti.de actio.co.xxii.in verſi.
gl.magna.& ibi an teneatur ipſe inquiſitor ſol-
uere precium venditori rei alicuius ipſi hæreti
82 tico.℄ †Item prohibetur inquiſitor tollere de
fenſiones inquiſito de hęreſi, & exceptiones ei
competentes cum eas admittere debet nec põt
tollere dic vt per doct.poſt Arch.in.c.exhibita
de iud.Item prohibetur procedere contra abiu
rantem hęreſim nõ obſtãte ꝙ penitentiam nõ
egerit,vt per Cardi.in conſi.ii.de hęr.Deci.ple
ne in conſi.cxxxvii.in prin.ii.&.iii.colum.
83 ℄ †Item non põt procedere inquiſitor gene-
ralis contra eũ cõtra quẽ proceſsit ſpecialis in-
quiſitor datus a ſummo pontifice,vt dicit Dec.
in.d.conſi.ii.col.ver.non obſtat.cũ papa cau-
ſam cõmittendo videtur ad ſe aduocare,& in-
ferioribus poteſtas procedẽdi eſt interdicta ca
pitulo ad noſtrum.de appell.& per capitulum
ſtuduiſti.de off.dele.⁊ glo.in.c.per hoc.de hęr.
in.vi.cum allegatis per Deci.ibi.iii.colum.
84 ℄ †Verſa aũt vice inquiſitor poteſt procede-
re & inquirere de omnibus ſpeciebus hæreſis
de quibus ſupra preter in caſibus ſupra proxi-
me,& in dicta cle.fi.in fi.vbi ſupra illis errori-
bus cognoſcit, & per Bal.in.l.nemo.in fi.C.de.
85 ſum tri.℄ †Item põt procedere contra quaſ-
cunq; perſonas laicas & eccleſiaſticas etiã exẽ-
ptas,& priuilegiatas, ita dicit tex. in capitulo
vt noſtrum.§.deniq;.de hęre.in.vi.& in.d.c.ad
abolendam.in fi.& ibidem per Fely.i.col.ver.
vlt.no.vide in.c.accuſatus.in fi.de hęre.in.vi.
vbi contra religioſos preterquam contra epm
86 vt in.c.inquiſitores.eo.l.vi.℄ †Itẽ inquiſitor
põt procedere,& inquirere etiam dioceſano,⁊
epiſcopo non requiſito citare & etiam carcera
re põt dummodo non ad arctiores carceres, &
ad tormenta procedatur dicitur in.d.c.per hoc
eo.in.vi.& in.d.cle.i.§.i.& ibi per Car.eod.
87 ℄ †Item ꝓdictas perſonas punire poteſt etiã
ex ſola mentis cogitatione licet ſigna hæreſis
non probentur confeſsione tamen ipſarum,vt
dicit Bal.in.l.ſi quis non dicam rapere.ii.⁊.vii.
88 col.C.de epiſ.& cle.℄ †Itẽ procedere poteſt
contra vſurarios vt eos cogat ad rei reſtitutio-
nem tantum non contra eos puniendos vt per
Bal.in.c.i.§.ad hec de pa.iur.fir.ii.co.Ioan.mo
na.in.c.accuſatus de hęre in.vi.Felyn.in.c.ex-
cõmunicamus.iii.col.de hęre.item poteſt bona
per hęreticũ alienata reuocare reſtituto tamen
89 precio.vt ſupradictum eſt.℄ †Item poteſt pro
cedere contra impedientem iudeum baptiza-
ri, & contra Chriſtianum ſi fiat iudeus ⁊ cõ-
tra iudeum baptizatum reuerſum ad iudaiſmũ
& contra iudeum inducentem Chriſtianum ad
iudaiſmum,dic vt per Car.in.d.cle.ii.§.i.de he
re.& vide tex.in.c.contra Chriſtianos.de hær.
in.vi.⁊ in conſt.reg.apoſtates.de apoſta.Itẽ pu
niri põt dicentem aliquid contra fidem licet io
coſe dum tamen non vt hæreticum puniat niſi
ĩ dicto perſiſtat,vt ſi dixerit ſe habiturum vxo
rem in alio ſeculo & alia verba proferat ioco-
ſe vt per Card.in.d.cle.i.§.nos de ſum.trini.
90 ℄ †Item poteſt concedere vſum & portatio
nem armorum,vt ſi dominus temporalis impe
dierit eum punire vt turbatorem Cardi.in cle.
ii.§.porro.de hæreti.dum tamen non excedat
91 meram.d.§.porro.℄ †Item proceditur cõtra
iudeum receptãtem Chriſtianum apoſtatã vel
iudeũ puerũ xp̃ianũ ementem & circunciderẽ
vel xp̃ianam accipiat & faciat eã iudaizare &
eam accipiat in vxorem, vel contra ementem
Chriſtianũ & reuendentẽ cõtra.l.i.C.ne xp̃ia.
man.vel contra iudeos crucifigentes Agnũ in
die veneris ſancti de quibus per Oldr.in conſil.
xxxvi.plene.Item recipere poteſt teſtes etiam
facta publicatiõe in cauſa,vt per Marſil.in pra
ctica.in.§.ſequens quæſtio.&etiam non citata
parte, vt in.l.de vnoquoq;.ff. de re iudicata.
vbi per Marſilium,& infra dicetur.
92 ℄ †Item inquiſitor poteſt ſubdelegare, vt in
cle.i.§.verum.de hęreti.& in cle.ii.§.i.eod.&
ibi per Cardi.poſt gl.& per eundem in cle.i.§.
& quia.ii.q.Alexan.in.l.more.i.col.item not.
ff.de iuriſdictione omnium iudicum. & etiam
in fine.dic.l.ꝙ poteſt vicarium conſtituere, &
vide glo.in dicta glo.prima in verſic.ipſorum
commiſſariis.℄ Item procedere poteſt etiam
mortuo conſtituente ſpeciale crimen vt mor-
tuo mandante iuriſditio non finiatur fauore fi-
dei vt expreſſum eſt in capitulo ne aliqui.de hę
reticis in ſexto Angel. Paul. Alex.Iaſ.&alii in
d.l.more quę iuncta legitur cum.l.& quia.ff.de
iuriſdictio.omnium iudi.

93 ¶ †Item poſſunt cogere officiales laicos ad au
xilium, & brachium preſtandum ſeculare im-
parciendum ſub pœna vt in capitulo vt inqui-
ſitionis. & capit. vt cōmiſsi.de hæreticis.in.vi.
& in.c.preſidentes. & in.c.accuſatus.§.deniq.
eo. & in cle.ii.eo. & in.c.ad abolendi. & in.c.
excōicamus.eo. & ibi per Panormi. & Fely. &
per Matthe.in prohemio conſtitutionum regn.
in princ. Et poteſt puniri impediētes officium
inquiſitionis, capitulo vt officium. & capitulo
vt commiſsi.eodem in.vi. Item poteſt tollere
omnia ſtatuta, & conſuetudines impedientes
officium inquiſitoris, vt in.c.ſtatutū de hære.
in.vi. Item poteſt inquirere poſt quinquenniū
a morte hæretici vt eius memoria dānetur de
quo per gl.in.d.c.accuſatus.eo.in.vi. & in.c.ii.
de preſcri.in.vi.Panor. & Fely.in.c.cum a no-
bis.de preſcri. & dicet infra. Item poteſt coge-
re heredes inquiſiti de receptatione & fauore
preſtitis hæretico qui promiſit ſub obligatione
bonorum inquiſitori agere penitentiam tamen
ante peractam mortuus ſit accipere a dictis hę
redibus bona & penitentiam exequi, vt dicit
tex in.d.c.accuſatus.§.ſi vero pro his.de hęre.
in.vi. Item procedere poſſunt cōtra blaſfemā-
tes Deum & ſanctos dummodo moniti ſint ef-
fecti incorrigibiles Matth.in conſtitu.inconſu-
tilem.in glo.in ver.diuine maieſtatis. Item pro
cedere poſſunt cum teſtibus excommunicatis
ſociis & participibus criminis & alios defectus
habentibus vt traditur in capi.in fidei fauorē.
de hęre.in.vi. Itē abſoluere & liberare poſſunt
tales infamatos, aut de hæreſi conuictos, vt di-
citur in.c.ſuper eo. & in.c.vt officium.§.i.de
hęre in.vi.in.c.ad abolendam.eo. & in conſti-
tutio.inconſutilem. & in.c.accuſatus.eod.in vi.
Item poteſt excommunicare & priuare officio
predicationis impedientes predicatores cōgre
gationem circa inquiſitionem, vt in.d.c.accuſa
tus.§.compeſcendi. Item poteſt proſequi hæ-
reticum confugientem in alia prouincia vel ve
nientem de alia prouincia in prouinciam inqui
ſitores, & etiam pœnam commutare & priua-
re promotos a diœceſano beneficiis cum inter
uentu diœceſanorū, & etiā accipiendi libros &
proceſſus inquiſitionum per alios forte factos
de quibus in tex. & glo.d.c.vt commiſsi vobis.
Item procedere poſſunt ſimpliciter ſummarie
& de plano ſine ſtrepitu & figura iudicii. & etiā
teſtibus non publicatis timore exiſtente, & pe-
riculo in teſtium perſona adhibitis tamen do-
ctoribus peritis & religioſis, vt dicitur in.c.fin.
de hęr.in.vi. Item procedunt cōtra relapſos in
hæreſi poſt abiuratam hereſim p quatuor illos
modos de quibus in.d.c.accuſatus. & in d.c.
ad abolēdi. Itē procedere poſſunt teſtibus per-
iuris vt in.d.c.accuſatus.§.l cet. vbi no.fauore
94 fidei vt ibi dicit gl. ¶ †Et no.de iſtis inquiſito
ribus q ſi ſunt plures in vna prouincia habent
inſolidum iuriſdictionem, & dicuntur delegati
ad vniuerſitatem cauſarum, vt not.in.c.p hoc.
& in.c.nec aliqui.de hęre.in.vi.Io.and in.c.fi.
de re iudi.in.vi.non tamen vt ab omnibus pu-
niatur ſed ab vno, vt per Ang.in l.ſi pluribus.
in fine.ff de leg.i.poſt Petrum.de ſuza.in.l.ſi qs
poſtea.ff. de iudic.c. vt officium. de hęretic.in
95 vi. ¶ †No.tamen quod ſi iſti inquiſitores ma-
le verſentur in eorum officio corrumpendo ſe
& alia grauamina inferendo poſſunt ab officio
remoueri a prelatis tamen prouincialibus ab
eis non habeant iuriſdictionē eis vero negligen
tibus ordinarii deferre debent ſedi apoſtolice,
non tamē amouere poſſunt, ita dicit tex.in cle-
men.volentes.§.notarii ſed. & preced.de hęre.
& ibi per glo. & Cardi. & in clemen.ii.ix.q.de
reſcrip. & ibi in fin.d.§.notarii. dicit q licet p̄-
lati hos amouere poſsint tamē nō poſſunt eos
corrigere, vt ibi glo.in verſicu.teneantur & de
pœnis iſtorum, vt in cle.i.§.fin.de hære. & .d §.
notarii. & vltra illas pœnas criminaliter etiam
puniri poſſunt vt per Bald.in.l.ſciuerint.de ex
cuſatio.tuto. & poſt eum habetur per apoſtill.
dum allegat dic.clementi.prima.
96 ¶ †Quandoq; vero iſti inquiſitores delegan-
tur ab epiſcopo & ſede vacante a capitulo, &
dicuntur eorum delegati, & etiam poſſunt in-
quirere & procedere contra hæreticos ſicut &
alii inquiſitores, vt habetur in.d.clemen.i.§.i. &
§.verum ibi eius. & in capitulo fin.§.iubemus
ibi eo abſente eius vicario de hære.in.vi. & vi-
de glo.in.d.clemen.in verſic.conſenſum.
97 ¶ †Viſo qui inquirere & procedere poſſunt,
& eorum officio, & poteſtate mō contra quos
inquiri & procedi poſsit videamus, & ſic de ſe
cundo. Circa igitur ſecundum dicendum eſt q
quilibet de hæreſi inquiri, & accuſari poteſt
etiam religioſe p̄ſonæ, & ſacerdotes, capitulo
ad abolendam de hæreti. & capitulo accuſatus
in fi.eo.in.vi. & etiam exēpte perſone, & pri
uilegiate capitulo vt officium inquiſitionis.§.
deniq.de hęreti.in.vi. & capitulo excommuni-
camus.eod.etiam epiſcopus. vt in capitulo in-
quiſitores.de hęreti.in.vi. & ibi not.glo.apoſto
lice quando ſpecialiter committitur inquiſito-
ribus in eorum literis, immo tales acrius & gra
uius puniendi ſunt, vt dicit text.in.d.capitulo

98 accuſatus.in fine. ℂ †Etiam imperator de hę-
reſi puniri poteſt & deponi vt dicitur de Fede-
rico imperatore qui fuit ob hæreſim,ꝛ alia cri
mina depoſitus vt traditur in capitulo ad apo-
ſtolice.in ver.de hęreſi.ꝛ ibi gl.eo.verbo. de re
iudica.in ſexto.& in capi. vt inquiſitionis effi-
cium.ibi tunc in deuotionem eccleſie exiſtentē
& ibi in gl.in ver.tunc de hære.in.vi.& glo.in
capitulo ſi papa.xl.diſt.dic.& intellige vt per
Barto.& Bal.in.l.fin.C.de leg.ꝙ deponi poteſt
per ſolum papam,& non per alium.xvi.q.vi.
capi.alius.not glo.in dicto.c.ad apoſtolice. &
clemen.i.§.fi.& ibi Cardi.de iureiuran.in fin.
Alex.poſt Bar.in.l.prima.§.i.ff.de requi.reis.li
cet glo.& Bal.in capitu o primo.vltima col.ſi
inter do.& vaſſal.lis ori.& Barto.& Gulıel.in
l.non ambigitur.ff.de legi.& in.l.ſed & te pro
bari.in princip ff.de excu.tuto.dicant deponi
poſſe a populo romano a quo habuit imperiū.
l.i.ff.de conſtitu.princip.tamen in dicta.l.fi.cō
cludit Bar.& Bal.ibi ꝙ a ſolo Papa per dictum
capitulum ad apoſtolice.vide Barba.& Alex.
poſt Bar.& Bald.in dicta.l.fin.& vide de Fede
rico Imperatore per Matt.in prelud.cōſti.i.q.
ꝙ fuit depoſitus per papam,& Iſernia.in pre-
lud.feu.& in prohe.conſtitu.vide per Cardi.in
clemen.ii.§.certum de electi.
99 ℂ †Sed an papa teneatur de hęreſi vt deponi
poſsit a papatu, & per quem erit deponendus
in quo dicas quod etiam deponi pōt pp hære-
ſim nō a ſe ſed ab alio vt a conſilio hic eſt rex.
in.d.capitu.ſi papa.xl.diſtin.& ibi per glo.vbi
ponit de quibus tenetur papa,vt ex eis deponi
poſsit admodum enim periculoſum eſſet ſi ve-
ra fides quę in toto populo Chriſtiano requiri-
tur in capite non reperiatur vt dicitur in capi-
tulo miramur.lxi.diſtin.ideo dixit glo.in capi-
tulo acatius.xxiiii.q.i. verſiculo hæreſim pa-
pam hæreticum minorem eſſe quolibet catho-
lico & de veritate.d.gl.an pro notorio crimi-
ne ſi eſt incorrigibilis deponi poſsit per Deciū
pleniſsime pluſquam alius in conſi.cli.per to-
tum. vbi multas refert opiniones theologorum
& canoniſtarum,ꝛ late diſputat in hoc & vide
Panormi.in capitu.quoties.de ſimo.& in capi-
tulo quia diligentia.prima colum.de electioni-
bus.ꝛ in capitulo cum veniſſent & ibi Decius.
in tertia colum.de iudiciis.& in repertorio,ca-
pitu.extirpande.§.qui vero.de prebendis.& in
capitulo propoſuit.de conceſ.prebend. vbi ab
alio non a ſeipſo deponendus,& in.c.ſignifica-
ſti.i.col.de elec.& in.c.quanto de transla.epiſ.
vbi per conſilium deponendus eſt ob hæreſim
per Ioan.de lig.in tra.de ſenten.excom.in fi.i.
par.& per Boni.in rub.de hære.ver.item not.
vbi de papa & imperatore Cardi.in cle.n.cæte
rum.de hęre.& in.§.nuncii.in fi.vbi per conſi-
lium aut ſucceſſorem ſi congregari non poteſt
conſilium,& in.c.licet de electio. Archid.in.c.
in fidei.de hęr.in.vi.& vide.xvii.diſtin.§.hinc
etiam.&.ii.q.vii.§.item cum Balaban.& dixit
Hoſtien.& Ioan.and.in.c.propoſuit.de cōceſ.
preben.& Floria.in.l.ſed & loci.§.i.fin.regun.
ꝙ ſi papa mandat aliquid quod ſapiat hæreſim
turbat ſtatum eccleſiæ & obediri non debet.
100 ℂ †Et in tantum de hæreſi puniri poteſt pa-
pa quod non licet nec poteſt facere ſtatutū ꝙ
papa de hæreſi non teneatur ex quo periclita-
ret tota eccleſia quod non licet.xxv.quæſtio.i.
c.ſunt quidam.ita glo.in.d.c.ſi papa.in. verſi.fi
de. ℂ Intellige tamen ſi eſſet īcorrigibilis ſed ſi
paratus eſſet ſe corrigi,nec accuſari,nec depo-
ni poſſet,vt in.c.aperte. & in.c.agit.xxiiii.qō.
i.ſecundo capitulo ſi dixit Apoſtolus.xxiiii.q.
iii.gl.in.d.c.ſi papa.in ver.a fide.tamē intel'igē
dum erit in crimine notorio.& hereſi large ſe-
cus in propria hereſi nam etiam ſi eſſet occulta
accuſari,ꝛ deponi poſſet,vt ſentit glo.in.d.c.ſi
papa.& Deci.in.d.conſil.cli.vi.col.in princip.
101 in verſi.non eſſet verum. ℂ †Iudei vero non
poſſunt accuſari de hereſi cum in eis non cadat
hęreſis glo.in cle.i.§.i.de vſur.Deci.in.d.c.epi-
ſtole.i.quæſt.de edictio.ver.confirmatur hoc.
de probat.Viſo igitur de perſonis quę teneri &
puniri poſsint de hæreſi nunc de proceſſu hæ-
102 reticorum videndum eſt. ℂ †Circa igitur ter
tium dicendum eſt ꝙ lęſæ diuine maieſtatis cri-
men humane læſæ maieſtatis crimini æquipa-
tatur,vt dicitur in.c.ſtatutum.el ſecundo de hę
re.in.vi.& no.glo.& Salyc.in.l.ſecunda.C.ad
legem iuliam maieſta.immo longe grauius eſt
eternam offendere maieſtatem quam tempora
lem,vt in aucten.gazaros.C.de hæreti.c.vrgē-
tis.eo.ti.c.i.§.gazaros.de ſtatu.contra liber.ec-
cle.glo.& tex.in conſtitu.regn.inconſutilem.
vbi grauius crimen cenſendum erit diuina ná-
que gratia humanis debet preualere legibus.§.
hinc autem in aucten.de mona.ideo in modo
procedendi in hoc crimine quod in alio huma
ne læſæ maieſtatis crimine ſtatuitur & hic ſta-
tum videtur vt dicit text.ibi p omnia volumus
obſeruari, & Ang.in glo.che hai tradir.la rua
pat.ver.quæro an ſacerdos & precedē.col.vl i
ſtatutum in vno & in alio ſtatutum cenſetur,ꝛ
per Mar.in conſi.i.& per gl.in.d.conſtitu.in-
conſutilem.& ideo ſicut in illo proceditur ita,

& in iſto, & ideo ſicut in illo crimine procedi
ſolet per inquiſitionem denunciationem & ac
cuſationem ſimpliciter ſummarie & de plano
abſq; ſtrepitu & figura iudicii vt habetur in ex
trauagāti ad reprimendam ita & in iſto crimi-
ne vt traditur in.c.fi.de here.in ſexto in prin.ꝛ
in conſti.inconſutilē & ibi per Matth.in.xxix.
no.ꝙ per inquiſitionem procedi poſsit conſtat
ex.c.in fidei fauorem iuncta gloſ.in ver.inqui-
ſitionis, & in capitulo vt officium inquiſitio-
nis, & in.c.inquiſitores ꝛ in.c.vt inquiſitionis
negocium & in capitulo fi. & in cap.ne aliqui.
& .c.preſidentes ꝛ.c.per hoc de hære.in.vi.&
inclemen.i.&.ii.eo. in quibus modus traditur
procedendi in inquiſitione text.in l.apoſtata-
tum C.de apoſtat. & in.l. nemo.C. iude.& in
reg.dictat.d.conſti.inconſutilem ibi nemine ēt
deferente & ibi per officiales inquiri hæreticū
vltra tradita in dictis capi.& in clemen.i.&.ii.
per Card.in clemen.i.§.fin.de vſur.& in dicta
clementi.prima &.ii.de hereti.& ne dū in hoc
crimine ſed etiam quando iniuria facta eſt ec-
cleſiæ epiſcopo & alii perſone eccleſiaſticæ &
religioſe nam tunc ex offō procedi pōt. Bar.&
Bal.in.l.ſi quis in hoc genus.C.de epiſ.& cleri.
gl.& Math.in.d.conſtitu.inconſutilem in ver.
diuine maie.& in regno extat.c.ſuper iniuriis.
illatis eccleſiæ & pſonis eccleſiaſticis vt ex of
ficio pcedit poſsit per iuſtitiarium prouincie.
103 ℭ †Et an ordinem iudiciorū ſeruare debet
inquiſitor dic vt per canoniſtas poſt Inn.in.c.
exhibita de iudi.& Bald.in ſua margar.in ver.
inquiſitio & dic vt in.c.fin.ꝛ.c.per hoc in fi.de
hære.in.vi.conuola.in loco & materia inqui-
ſitiōis de qua p Ang.in l.ſi vacantia.C.de bon.
vacan.lib.xi.& Ange.in.glo.hæc eſt quedam
inquiſitio & per Bar.in.d.conſtitu.ad reprimē
dam in verſi.per inquiſitionem & Mar.in pra.
in.§.conſtante formam autem inquiſitionis vi
de per Specu.in tit.de teſte.§.vii.verſi. porro
de denunciatione dic vt in.d.conſtitu. inconſu
tilem ibi etiam nemine deferente &.d.l. apo-
ſtatarum & per Matth.in.d.conſti.inconſutilē
xix.no.arguitur ex.d.extrauag.ad reprimen-
dam ibi per denūciationem de qua ibi per Bar.
& Ange.in glo.necnon ad denunciationem.
104 ℭ †Procedi etiam poteſt in hoc crimine per
exceptionem, vt ſentire videtur glo.in.d c.in fi
dei fauorem in verſi.inquiſitionis de hæreti.in
vi.ſpeciale tamen de quo in.d.c.in fidei ꝙ te-
ſtes excommunicati & participes & alii inha-
biles admittantur fauore fidei non habet locū
quando per exceptionem aut accuſationem
procedetur ſed quando per inquiſitionem, vt
dicit ibi glo.in verſic.inquiſitionis cū in plus
ſe habeat inquiſitio ꝛ fauorabilior ſit exceptio
ne & accuſatione.ii.q.vii.c.ſi quis epiſcopus et
vide per Matth.in conſti.vt vniuerſis.iii.no.in
fin.vbi in cauſa hæreſis ſtatutum faciens men-
tionem de accuſatione non extenditur ad inq-
105 ſitionem. ℭ †De accuſatione vero patet in.c.
accuſatus & in.c fi.in verſic.accuſatoribus de
here.in vi.& not.in.d c.in fidei fauo em ver-
ſicu.inquiſitionis & in.d.l.apoſtatarum & dici
tur in.d.conſtitu.inconſutilem & per Matt.ibi
xix.no.& in.d.extrauagan.ad reprimendam
106 ibi per accuſationem. ℭ †Circa quam accu-
ſationem ſciendum eſt hoc hereſis crimen pu-
blicum eſſe ꝛ ad quēlibet ius accuſandi ſpectare
vt dicit tex.in.l. manicheos.C.de hæreti.& in
d.l.apoſtatarum & dicitur in.d.conſti.inconſu
tilem ibi inter cetera publica crimina numerē-
tur Ang.in glo.necnon ad querelam.iiii.colu.
Bal.in rub.C.qui accuſa.poſ.ii.col.& in.l.reos
ii.col.C.de accu.immo.crimen etiā publicum
eſt vbi iniuria fit eccleſiæ aut perſone eccleſia-
ſticæ vt dicitur in.l.ſi qs in hoc genus vbi Bar.
C.de epiſ.& cle.& in.i.§.huius ſtudii.ff.de iu
ſti.& iure Alexan.poſt Bar.in.l.i.ff.de publi.
iud.glo.in.d.conſtitu.inconſutilem in ver.diui
ne & ibi per Mat.in.xv.nota.& licet ritus ma-
gne curie in regno inci.item ꝙ nullus laicus ad
mittatur tanquā vnus de populo dicet nullum
admitti ad denunciandum de aliquo crimine
tanq; vnus de populo niſi ſuam vel ſuorum p-
ſequatur iniuriam ex quo dici videatur in re-
gno nō habere locum tit.ff.de pub iudi.vt qui-
libet de crimine publico accuſare poſsit tamē
ſpeciale eſt in hoc crie ſicut ī crie lę.mai.huma
ne iuxta doct.Barr.in.d.l.i.ff.de pub.iudi.īmo
etiam iſte ritus locum habet in his duobus caſi
bus nam iniuria facta diuine & humane maie-
ſtati, religioni oībus facta videtur vt dicit tex.
in.d.l.manicheos & in.d.l.apoſtatarum & in
auc.quomo.opor.epiſ.§.licentiam & gl.in.d.
cōſti.inconſutilem in ver.diuine maie.cum er
go omnibus facta cenſeatur iniuria qlibet pro
pria non aliam proſequi videtur iniuriam me-
rito & in his locum habet.d.ritus idem quādo
fit eccleſiæ aut epō & perſone eccleſiaſticę per
d.l.ſi quis in hoc genus vbi Bar.& Bal.& Mat.
in.d.conſti.inconſutilem in.d.gl.diuine ſub ca
ratione ꝙ omnibus facta cenſeatur iniuria his
perſonis illata & licet in exorbitantibus extē-
ſio non ſoleat fieri in caſu ficto vt eſt in talibus
delictis & iniuriis vt plene tradit Iaſ.in auctent.
quas

quas actiones.C.de ſacroſan.eccleſ.& moder.
in rub.ff.de acqui.poſ.in extenſione clementi.
i.de hære.tñ fauore publico vt in premiſsis ca-
ſibus per.d.l.ſi quis in hoc genus.&.xvii.q.iiii.
c.ſi qs deinceps.&.xxiiii.q.iii.c.qſquis & Mat.
ſentit.in conſti.inconſutilem in gl.diuine verſ.
in.ead.admittit talis extenſio vt per Fely.ple-
ne.in.c.nonnulli in prin.xxiiii.colu.de reſcri.
Bar.in.l.ſi conſtante in princip.xix.oppo.ff.de
ſolu.ma.gl.in.l.illud.C.de ſac.ſan.ec.& plene
Marſ.in conſi.liiii.circa fi.& conſi.lvii.& cõſi.
xciiii.& per Matth.in conſti.ſi quis aliquem &
107 Ange.in gl.necnon ad querelam.¶ †Et not.
ꝙ licet alique perſone prohibite videant accu
ſare de quibus in.l.qui accuſare.C.q accu.poſ.
vt infames.mulieres ſerui & cæteri de quibus
ibi & p Bal.in rub.C.qui accu.poſ.& Gandi.in
ii.rub.& Ang.in.d.gl.necnon ad querelã ⁊ Spe
cu.in tit.de accu.§.i.tñ in hoc crimine admittũ
tur oẽs ſicut lęſę maie.huma.tradit in.l.famoſi
& in.l.ſeq.ff.ad.l.iul.maie. Bar.in.d.extrauag.
ad reprimendam in ver.accuſationẽ Gãd.in.d.
rub.ii.col.hr in hoc crĩe in.d.l.apoſtatarũ ⁊ in
gl.in.d.conſti.inconſutilẽ in ver.diuine Angel.
in.d.gl.necnon ad querelam.v.&.vi.col.verſ.
x.repellitur & in gl.che hai tradi.la tua pat.ii.
col.ver.q̃ro quis poſsit accuſare,& licet ita ge
neraliter & indiſtincte diximus cõtentos ⁊ mẽ
tionatos in locis ſupra admitti ad hec crimina
accuſanda tamen ibidẽ continentur nõnulle p-
ſone que etiam in dictis caſibus nõ admittuntur
vt in illis qui repellunt aut defectu naturali aut
diuino defectu naturali vt infantes, & pupilli
doli nõ capaces & furioſi muti,& ſurdi a natu
ra nã iſti tales ex defectu naturali nõ admittun
tur p id qd dixit Bal.in rub.q acc.nõ po.iii.col.
ver.quero ſi ſtatum vbi dixit ſi p ſtatutum dica
tur quemlibet admitti ad accuſandũ in aliquo
crĩe qd tales nõ admittunt licet ex defectu ciui
li phibiti eo caſu admittant intellige tñ in pu-
pillo nõ doli capace ⁊ in furioſo ⁊ mẽte capto
ppetuo ſecus in hñte lucida interualla & i mu-
to,& ſurdo a natura nõ aũt in ſurdaſtro aut p
accidẽs cũ vtrunq defectũ nõ habeat vt p Bal,
in.d.rub.& p Ang.in.d.gl.nec nõ ad q̃relã i fi,
vii.& in prin.viii.col.vbi de minore & ita ibi
declarat.Defectu ãt diuino vt in excõicato nã
phibetur pp periculũ participatiõis vt in.c.pia
de excep.Bal.in.d.rub.iii.colum.verſicu.que-
ritur & Ange.in.d.gl.necnõ ad q̃relã.vi.colũ.
ver.vii.excõicatus,& Spec.in tit.de accu.§.i.
ver.item quod eſt anathematizatus & excom
municatus idem dico de hæretico cũ ſit excõi-
catus non admittitur.c.excõicamus.de hæret.
Specul.in.d.§.i.ver.item excipitur ꝙ eſt hęre-
ticus.ii.q.vii.c.pagani hæretici.⁊.iiii.q.i.c.i.&
ſeq.& licet ſm ius ciuile admittatur contra hę
reticũ.d.q.vii.c.ſi hæreticus tñ vt vbi tradit gl.
i.ſecus eſt ſm canones vt ibi in fi.vel vt ibi di-
cit gl.intelligitur in hæretico minore & large
ſumpto non in proprio hęretico a fide catholi
ca deuiante & ibi gl.etiam ſentire vr quod ex-
communicatus nõ admittatur ad accuſandum
&.d.c.i.iiii.q.i.cũ ſaltim large hęreticus dicat
vt ibi dicit glo.in.c.ii.iiii.q.i.& gl.in.d.c.ſi hæ-
reticus in fi.quilibet predictorum modo de qui
bus ſupra excluditur ab accuſando etiã in his
criminibus ſm canones licet forte ſm ius ciui-
le non procederet vt ibi dicit gl.in.d.c.ſi hęreti
cus vz in caſu illo tantũ qñ accuſat de hæreſi
hæreticus in odium immunitatis criminis idem
in crimine leſe maie. humane cum vt ſupra pa
rificentur.Quod autem dictum eſt in infante ⁊
doli non capace ſecus eſt in impubere, doli ca-
pace adulto & minore nã iſti in talibus crimi-
nibus admittũtur cũ tutoris aut curatoris aũte.
ſicut in aliis ita Spec.in.d.tit. de accuſ.§.i.ver.
itẽ excipitur quod eſt pupillus vbi in crimine
læſæ maie.admittitur cum tutoris aũte Gandi.
in.d.rub.ii.col.& erit ſpeciale ex quo in cęte-
ris non admittitur niſi ſuã vel ſuorum pſequa
tur iniuriam.l.ii.ff.de accu. Bal.in.d.rub.ii.col.
ver.quidam propter etatem & vide per Mar-
ſil.in conſi.i.vbi ponit quis de crimine læſę ma
ie.poteſt accuſare, & teſtificari & de pupillo.
Item a predictis excluditur inimicus nam etiã
in his caſibus exceptuatis excluditur dummo-
do ſit inimicus capitalis vt dicit not.Specul.in
d.titu.de accuſa.§.i.in fi.Auguſti.poſt Angel.
in.d.gloſ.necnon ad querelam vbi de inimico
Marſili.in conſil.xii.verſi.ii.non probant ra-
tione inimicitie & in.l.i.§.preterea.i.col.ff.de
quæſtio.& vide Spec.in.d.titu.§.i.vbi ponit q̃
perſone repelluntur ab accuſando & tandem
circa finem.ver.in ſumma dicit quod ille per-
ſone que prohibentur admittuntur tamen in
aliquibus caſibus vt in crimine læſæ maieſta-
tis hæreſis ſimonie ſacrilegii & aliis de quibus
ibi tamẽ inimici non admittũtur & vide p Iſer
niam.in.c.i.§.diuina quoq & humana de ſtatu
tutis contra libertatem.eccleſ.vbi arguit pro ⁊
contra tandem diſtinguit in propria hæreſi,&
perfida & in large ſumpta vt ibi.
108 ¶ †Sed an requiratur perſone accuſatoris le
gitimatio vt ſi accuſet filius fami.reqratur pa-
tris conſenſus pro vt magis cõiter tenetur in.l.

fi. §. neceſſitate. C. de bon. quę liber. & p Ang. & Auguſt. in gl necnon ad querelam verſi. qd ſi filius fami. Gandi. in rub. de filio fami. accuſatore & in rubrica de var. queſt. in male. vi. col. Bel. in pra. in rub. de cau. crimi. iii. col. vel ſi accuſet pupillus adultus aut minor qui nõ põt accuſare niſi cũ tutoris aũte. aut curatoris vt dicunt. d. doc. & Mar. in pra. in. §. expedita & in §. ſequens queſtio in quibus etiá dr ꝙ ſi eſt minor & in pñs ptáte ꝙ ambo interuenire debẽt & autorare adeo quod pater vt pſ, ⁊ curator vt curator alias nullus redditur pceſſus. vt ibi dicunt & Spec. in titu. de aucto. ver. item ꝙ eſt filius fam. videtur dicendum quod etiam in his caſibus abſque tali legitimatione valeat iudicium nam cum in his caſibus procedatur ſummarie, & de plano ſine figura iudicii. capitulo finali. de hæretic. in ſexto. & in extrauagant. ad reprimendam ſequitur ꝙ ordo iuris etiam in ſubſtantialibus ordo non requiratur p tex. in cle. ſepe. de ver. ſig. & ibi tradita per Io. and. Geor. na. & Lanf. in fi. repe. & p tradita p Bar. in. d. extrauag. ad reprimendam ⁊ Cano. in. c. olim de accuſa. & doc. Barto. & Bal. in. l. nec quicquam §. de plano. ff. de off. proconſu. Card. in cle. i. de ind. & per Paris in tract. ſindi. car. xcix. ſeq. ⁊ ſeq. Spec. in tit. de inquiſi. §. nũc tractemus ver. qui igitur & Ioan. and. in. d. c. fi. de hære. in. vi. in glo. figura & per Matt. in cõſti. pacis cultum. v. no. cũ criminibus ſummarie & de plano procedatur per. d. c. fi. ergo nõ requiritur legitimatio perſone cum ordo iuris etiam ſubſtantialis non requiratur in contrariũ tñ nã licet ita procedatur ſubſtantialia iudicii & ordo iuris nõ requiratur tñ nõ tolluntur ea q̃ ſunt iuris naturalis vt citationes defenſiones neceſſarie vt per eos tradit in. d. locis & p Bar. in. d. extrauag. ad reprimendã in ver. figura. ⁊ Far. vbi ſupra ſed legitimatio perſone vt inqt Bart. in. d. ver. figura reſpicit ius naturale ⁊ defenſionẽ iõ legitimatio pſone requirit idẽ dicit Bart. in. l. neq̃ꝗ. §. de plano. ff. de off. pcõ. & Par. in d. tra. car. xcix. & ſeq. & car. lxxxviii. iii. col. reqrit ergo legitimatio pſone alias pceſſus nullus redditur qd verũ credere in pupillo & ipubere nõ aũt in filio fam. cũ pleriq̃ cõcludant in criminibus publicis nõ reqri cõſenſum pris ſed ad cautelá cõcludũt interuenire debere ſed dc̃o ſiciẽtibus aliis ſubſtãtialibus & ordine nõ ſeruato licet ſeruari debeat nõ tñ p hoc annullat pceſſus vt dr in. d. cle. ſepe. & Spec. in. d. §. nunc
109 tractem. us ver. qd igit. ¶ † Sed qd ſi accuſatio fuerit inepta ⁊ nõ rite facta an ex quo ita pceditur ſubſtentẽt Bar. in extrauag. ad reprimẽ. in ver. accuſa. in uer. inqſitio, vñ tenere qd ex quo pceditur p accuſationẽ vt pcedi poſſit ſm formam illius legis quod accuſatio debet eſſe valida & recta maxime in appoſitione loci & tpis ſm. l. libellorum. ff. de accu. in. q. vii. c. libello, cũ talis appoſitio concurrat defenſionẽ rei, vt melius poſſit ſe defendere vt dicit Bal. in l. cũ fratrem & l. i. ff. de his quib. vt indi. & in. l. in cauſis. ff. de accuſatio. & in. l. mora ſi. ſol mat. ⁊ l. i. C. vbi de poſ. & in. l. ius ciuile. ff. de iuſt. ⁊ iu. & Bar. & Ang. in. d. l. libello, & p Mar. in cõ. xlix. In fi. in add. circa quas defenſiones nõ ſuppletur beneficio. d. extrauag. ad reprimendã ⁊ per tradita per Pan. in. d. tra. car. c. vbi ꝙ per. c. deteſtantes non ſuppletur defectus. d. l. libellorum nec p cle. ſepe dic ꝙ licet interuenire debeat & apponi in accuſatione nõ tñ p hoc redditur nullus proceſſus ſi nõ apponant vt condemnari non poſſit conſtito de predictis criminibus cum crimina qualitercunq̃ claruerint punienda ſunt vt inquit I ſer. in conſt. ſi damna clandeſtina & in conſti. iuriſgentium. & iii. q. iiii. c. ecce & tanto magis in crimine hereſis qd loco non circunſcribitur cum ſit delictum in genere ita Bal. in. l. i. C. qui accu. non poſ. & Ang. in. d. l. libellorũ & in auc. quo. opor. epis. §. fin. vbi dixit quod contra committentes delictum contra maieſtatem diuinam tenet proceſſus ſine ſolennitate. l. libellorum Augu. poſt Ang. in gl. hæc eſt quedam inquiſitio. vii. col. in addi. locus & tps & qd dictũ eſt de accuſatione Idem de inquiſitione vt talis ſolennitas non requiratur, vt per Bar. in. d. extraua. in ver. inquiſitionẽ ⁊ in hoc crimine vt per Pard. in. d. car. c. iiii. col. in fin. in ver. ſi pet. d. c. & Augu. in. d. gl. in addi. locus & tempus & Bal. in. d. l. i. C. qui accu. non poſ. & in. l. edita C. de edend.
110 ¶ † Item nõ. q̃ licet in aliis criminibus procedi non poſſit per inquiſitionem abſq̃ diffamatione, vt in. c. qualiter & q̃n de accu. & per Ange. in repe. l. ſi vacantia. C. de bon. vac. ⁊ Ang. in gl. hæc eſt quedam inquiſitio. & Marſi. in. §. conſtante. in practi. tamen in his criminibus pcedit inquiſitio abſq̃ diffamatiõe, ita Bar. in. d. extrauag. in. d. ver. inquiſitione, & per Cardin. in cle. i. §. penul. & in cle. ii. q. ii. de hęre. Augu. poſt Ang. in. d. gl. hæc eſt quedam inquiſitio. in addi. mero officio. & ibi dicit tex. alleg. p Cardi. in. c. excommunicamus. §. adi cientes. de hæreti. non probare tamen voluit inducere Card. vt inducit Bar. in extraua. quoniam qui ſine rebel. ibi publice aut occulte, ⁊ ſic ſi occulte ergo

diffamatio non requiritur in illo caſu ſic etiá di
citur in.d.§.adiicientes.ibi aliqua occulta con-
uenticula celebrantes, tamen ibi dicitur fama
111 fuerit. ℭ † Aduertendum tamen eſt ꝙ ſi facta
& formata accuſatione, aut inquiſitione cita-
tus compareat,& tunc lis erit conteſtanda, &
reſpondendum ſuper accuſatiõe aut inquiſitio
ne, vt dicitur in.d.extrauag.ibi velis foret legi-
time conteſtata ex quo verſi.innuitur ꝙ ſi pre-
ſens eſſet deberet lis conteſtari & ſentit in hæ-
reſi.c.cum contumacia.de hęre.in ſexto ibi vt
de fide reſpondeat,non tamen ſi non appareat
ex hoc proceſſus ſit nullus ſed vigore de ex-
trauag. validaretur ſi de maleficio conſtet per
d.clemen.ſepe.in fi.eo.maxime ex quo queli-
bet oppoſitio & actus ſequens haberet vim li-
tis conteſtationis, vt inquit Iaſ.in.l.nulli C.de
procu.& Far.in.d.tracta.cart.xcviii.& ſeq. in
comment.capitu.deteſtantes.
112 ℭ † Si autem citatus non comparet tunc in
eius contumaciam procedi poteſt.d.extrauag.
ad reprim.in predictis criminibus,& hoc eſt in
his ſpeciale cum regulariter in capitalibus par-
te abſente ad diffinitiuam ſententiam nõ proce
datur.l.abſentem.ff.de pen.Bar.in.d.extrauag.
in ver.conteſtata.& poſſent teſtes recipi ea nõ
conteſtata,vt per glo.i.in.c.quoniam frequen-
113 ter vt li.non cõteſt. ℭ † Et ex hoc ſequitur ꝙ
ſecundum Dy.in.l.penul.§.qui ad crimen.ff.de
publi.iudi.ꝙ in iſtis caſibus admitteretur pro-
curator licet in capitalibus regulariter non ad-
mittatur.d.§.ad crimen.Bar.tñ in.d.extraua-
gan.in ver.legitime tenet contra Dy.ꝙ procu-
rator interuenire non poſſet bene tñ defenſor,
& quilibet admittitur ad oſtendendá eius inno
centiam & plene per Mar.in prac.in.§.ſeqtur.
v.col.ver.item poteſt etiam.& in.l.lege corne
lia.§.fi.ff.de fica.in hæreſi autem nõ ſtatim ꝙ
eſt contumax condemnatur ſed per annum ex
pectatur qui ſi non comparet infra annum tũc
condemnatur vt hæreticus elapſo anno,ita di-
citur in.d.c.cũ contumacia.de hęr.in.vi.an au
tem in crimine hæreſis admittatur procurator
dic ꝙ ſi in cęteris capitalibus,& non ita grauio
ribus procurator non admittitur multo magis
in his admitti non debet tamen reo exiſtẽte ab
ſente poteſt de innocentia docere non vt pro-
curator ſed vt quilibet vt dicit Bar.in.d.extra-
uag.Mar.vbi ſupra.& intelligo ſupradicta du-
bia quando dubium eſſet an ſit hæreticus alias
enim ſi conſtat hæreticum eſſe nullo modo ad
mittitur alias eſſet procurator excommunica-
tus per.c.ſi aduerſus.de hære.vt ſi eſſet ſuſpe-
ctus quis de hæreſi citatus vt reſpondeat, &
effectus ſit contumax tunc infra annũ iuxta.d.
c.cum contumacia.poſſet comparere quis non
vt procurator ſed vt quilibet ad oſtendendum
114 ſuam innocentiam. ℭ † Sed an aduocatus ad
mittatur an vero aduocando eſſet excommu-
nicatus videtur ꝙ in predictis aduocatũ ⁊ quẽ-
libet defenſorem non admitti ſed fore excom-
municatum, vt dicit tex.in.c.ſi aduerſus.de hæ
reti.vbi expreſſe aduocatis interdicitur aduo-
cationis officium in tali crimine,& in.c.fin.ibi
abſq; aduocatorum ſtrepitu de hære.in.vi.fa-
cit text.in.c.excõicamus.§.credentes, & in.c.
ſicut.de hęre.& in.c.ii.&.c.accuſatus.§.ſi vero
&.c.vt inquiſitionis officium.in prin.&.c.con
tra chriſtianos.&.c.vt inquiſitionis negocium
de hæreti.in ſexto.& in auct.credentes.C.eo.
& in.c.i.§.credentes.de ſtat.cõtra lib.eccl.tex.
conſti.incõſutilem.in fi.⁊ ibi plus dicit gl.ꝙ in
hæreſi & crimine læſe maie.non tenet reſcri-
ptũ pro eo impetratũ.p.l.ii.C.de ſum.trinit.l.
arriani.C.de hæreti.l.ii.C.de offic.vica.⁊ in
crimi.lęſę maie.in.l.quiſquis.§.deniq;.C.ad leg.
iul.maie.in quibus iuribus dicitur puniri defen-
ſores & auxiliatores hæreticorum,& commit
tendum crimen læſę maie.ſed clarum eſt vbi ꝓ
hibetur auxilium preſtari ꝙ tunc etiam aduoca
ri prohibetur,vt dicit Ang.in glo.Andr.auxili.
Gädi.in ti.de banni.in prin.vi.col.ver.Itẽ po-
ne in ſtatutis.Bar.in.l.poſt legatum.§.ſunt qui
&.§.his vero.ff.de his quib.vt indi.Alb.in tra.
ſtatu.iiii.par.q.xxxii.Nel.in tra.bann.iii.part.
ii.temp.q.xxvi.& Bart.in.d.§.deniq;.in con-
trarium vř nam aduocationis officium eſt pu-
blicum,⁊ cuilibet licet aduocare.ff.&.C.de po
ſtu.l.ſeruum quoq;.§.publice.ff.de procu.nec
verum eſt ꝙ aduocando preſtari vř auxilium
& defenſio ſed aliter intelligitur de auxilio &
defenſiõe proprie,⁊ ita tenet Bar.in.l.furti.§.
ope.ff.de fur.& Alb.in.d.tra.iiii.par.q.xxxiii.
vbi dicit ſe defendiſſe iculpatos de hæreſi in cõ
ſiſtorio publico annullando proceſſum factum
cõtra cõmunitates per papá Ioãnem.xi.& ob
tinuit vide Augu.poſt Ang.in.d.gl.And.auxi.
in verſicu.aduocando non obſtat tex.in.d.c.ſi
aduerſus.nam non loquitur quando quis de hę
reſi inculpatur an tunc liceat pro eo aduoca-
